




SUCHITEN
DE SECRETIS ANTIMONII 1575










6136/A



DE SECRETIS ANTIMONII

Liber vnus

ALEXANDRI A SVCH-
ten veræ philoſophiæ ac medicinæ Doctoris.

Editus Germanicè quidem anno 1570*: nunc autem in Latinum tranſlatus ſermonem*

per

M. GEORGIVM FORbergium Myſium.

Cui additus eſt GEOR. PHAEDRONIS *Medici* AQVILA COELESTIS, *ſiue correcta Hydrargyri præcipitatio.*

BASILEAE
PER PETRVM PERNAM.
Anno 1575.



PRAEFATIO AVtoris ad lectorem.

BENEVOLE & charè lector, duo sunt quæ me mouent vt de Antimonij medicina in nostra lingua Germanica scribam, tempus scilicet & necessitas ægrotorum. Nam quoniam omnipotens Deus miseriæ & infirmitatis humanæ misertus, aliqua naturæ mysteria, per quæ corpus nostrum conseruare., & in morbis suis ei succurrere possemus, nobis per homines doctos his vltimis temporibus patefecit: Sathanas hostis vitæ nostræ aliquot Pharisæos & Scribas excitauit, vt contra eiusmodi dona Dei clamarent & furerent, vt medicinæ canditati deterriti, granum occultent & paleas sectentur, atque ita tandem donum Dei rursum amittatur, & semen diaboli eius loco in honore maneat. Ne igitur hoc fiat, tempus postulat, vt nos qui ista mysteria scimus & experti sumus, ab illo qui vbi vult spirat, ex debito quo quilibet veritati obligatus est, istis clamatoribus resistamus, donum Dei defendamus, & perlas sub pedibus suum

non relinquamus iacere. Prætereà nos cogit amor proximi, et summa necesSit asægrorum, ne videlicet spolientur tam consolatoria medicina, in qua post Deum spem suam collocare debent, vt non solùm ipsis eam conseruemus, sed & quæ adhuc in ea abscondita sunt, melius in lucem proferamus, vt non nostra arrogãtia, sed Dei solius gloria quæratur & promoueatur. In Dei igitur nomine incipiemus describere prædictum minerale, neque hic vos sollicitos reddent quæ alij de eo scripserunt, siue noui siue veteres medici, siue Alchymistæ. Sed neq; nostras opiniones, quas ex Paracelso vel alijs libris de hoc minerali hauserimus uel nos imaginati simus, hîc describemus, vt nunc moris est, ex multis veteribus pellibus nouam vestem pelliceam conficere, sed quæ exactè & certò scimus, quæ oculis nostris vidimus, quæ manus nostræ tractarint, & experientia confirmat, ea loquemur & scribemus, omnia in iuuentutis quæ discere cupit, commodum: non vobis Galenicis: nam in vestris libris plura secreta inuenire scitis, quàm in naturâ sunt: sed neq; vobis Paracelsistis, quoniam ex Theophrasto multò plura didicistis, quàm ego:

ne-

neq; vobis Alchymistis, nam hîc tantùm de medicinâ tracto: sed vobis iunioribus medicinæ candidatis, qui opinionibus nondum maculati estis, nondum in alicuiûs verba magistri iurastis, ad vos scribo hunc tractatum, qui sine vllâ affectatione clarè & perspicuè scriptus est: satis perspicuus probis, obscurus verò contemptoribus & derisoribus, quibus, proh dolor, mundus noster plenus est.

CAPVT I.

Quid sit Antimonium: & quod ex eo fiat sulphur & ☿ philosophorum.



ON est nostrum propositum scribere vel disputare, vnde primùm oriatur Antimonium, sicut quidam de hoc mentionem faciunt: si enim declaranda esset ipsius origo, longa series fieret, & oporteret multa huc adduci quę melius est taceri, non enim ad medicum attinēt. Hoc autem iudicare licet, quòd antimonium non sit metallum, sicut quidam existimant esse mineram plumbi vel plumbum adustum, forsitan ob id quòd in reductione ex eo plumbum fieri possit, sed in veritate id nihil est: nam & ex argentô viuô facilè plumbum fieri potest, & tamen hinc non sequitur, argentum viuum factum esse ex plumbo. [a]Quare antimonium non est metallum, attamen à Deo creatum est ex materiâ metallicâ, hoc est, ex argento viuo cocto in visceribus terræ,

cum ſulphure, ſed non metallico, aliàs metallum ex eo factum eſſet: igitur quod non eſt metallum, cauſat forma & non materia: nam quod ad materiam, metalla & antimonium vnum ſunt. Porrò ſulphur quod in antimonio eſt, per digeſtionem alterari poteſt, & tam purum & clarum fieri ſicut metallicum [b] ſulphur quod eſt in ☉ vnquam à naturâ purificari poteſt: ſulphur verò aliquorum metallorum nunquam ad tantam puritatē perduci poteſt. Atq; ita hoc eſt diſcrimen inter ſulphur metallorum & ſulphur antimonij, quòd hoc tranſmutari poteſt, illud verò minimè. Antimonium igitur metallum eſt imperfectum, & in philoſophia vocatur Saturnus, vnde Raſis ſcribit: In plumbo ſolem & lunam contineri in potentia & non viſibiliter: quin & Pythagoras dicit: Omne ſecretum in plumbo eſſe. Iſte igitur Saturnus eſt plumbum, quod nos medici noſſe debemus: nobis enim creatum eſt, noſtrum eſt, & nullius alterius: quòd ſi noſtrum eſt, præparationem & coctionem eius ſcire debemus, vt ex

eo fiat medicina quam in ſe continet. ſicut enim ex marcaſita aurea per artem fuſionis aurum fit, ita etiam per artem ex antimonio ☉ medicorum conficitur, quòd omnes ſapientes ab initio mundi, & inter hos multi Reges & domini quæſiuerunt & adepti ſunt, qui & ſuam inuentam artem nobis reliquerunt, vt & nos per eam huius ineffabilis theſauri participes fieremus. Artem autem illam nominarunt Alchymiam, hoc eſt, artem præparationis, quam nos medici tam certò ſcire debemus, ſicut coriarius pelles ſuas macerare nouit: nec debemus tempus noſtrum terere vertendo folia vel in aliĳs artibus, quæ ex malo intellectu nominis, poſt interitum Aegyptiacorum ſapientum, mox ortæ & à diabolo inſpiratæ ſunt, in quibus tam miſerè & inutiliter iuuentutis noſtrę annos conſumimus, & in fine minus ſcimus quã ab initio. Quare nos medici noſtro officio fungi debemus, nempè vt ægroto medicinam præparemus: alia verò ad quæ vocati non ſumus relinquere, & aliĳs commendare, qui ociĳ gratiâ libenter

benter res nouas tractant.

Sed vt ad antimonij preparationem veniamus, ſcitote, Antimonium eſſe mineram in quâ latet metallum, quod vocatur Mercurius. iſtum Mercurium medicus ex antimonio extrahere debet: antimonium quidem metallicus ex terra minerali fundere debet & ſeparare, hoc facto quod ſuum eſt, fecit, medicoque ſuam mineram tradit, in qua porrò ei laborandum eſt. Sicut iam metallicus antimonium ſeparat à ſuâ minerâ in quâ natum erat, ità & medicus Mercurium ſeparabit à ſuâ minerâ in quâ natus eſt, hoc eſt, ab antimonij ſuperfluis mineralibus humiditatibus, & nimiô terreneô ſulphure. Debet autem hęc ſeparatio ità fieri, ne ſplendor metallinus, qui in antimonio conſpicitur, comburatur, ſed melius & altius producatur: qui quidem quamprimùm ſcoria ablata eſt, apparet, & iam non antimonium eſt, ſed mercurius philoſophorûm, qui fundere ſe patitur vt aliud metallum, & in fluxû eſt quaſi merum argentum viuum: ex quibus quidem ſignis notan–

dum eſt, quòd non amplius antimonium, ſed Mercurius ſit: tantum enim diſtant iſta duo, quantum aurum & auri minera: minera enim auri non eſt aurum, continet autem aurum, quod metallicus ſeparat: ità antimonium non eſt Mercurius, Mercurium verò in ſe continet, quem medicus ſeparare debet: ità ex antimoniô Mercurius fit, [d] ex plumbo argentum viuum, quod medico conuenit, ex quo porrò faciendum eſt ei argentum, ex argento verò aurum: tum demum ipſiûs opificium finitum eſt.

[a] *Antimonium ex ☿ & ſulphure non metallicô factum.*

[b] *Sulphur antimonij tranſmutari poteſt, vt ſit ſimile ſulphuri ☉lis.*

[c] *ex Antimoniô regulus extrahendus ſplendidus,* cui est ipsiûs ☿urius, sed coagulatus adh

[d] *ſumma præparationis antimonij.*

CAPVT II.

De ☿, philoſophici cruditate, & maturatione: & contra vitrum antimonij.

Quod

QVod diximus de Mercurio, debere eum ex Antimonio elici per artem ſeparationis, id nemo ita accipiat, quaſi hoc opere medicina ſit perfecta. Eſt enim iſte Mercurius immaturus fructus, plenus veneno & nequaquam ægroto adhibendus: venenum autem eius, eſt tantum eius cruditas: eſt enim tam crudus iſte mercurius quàm vulgare argentum viuum, etiamſi coagulatus ſit à naturâ, ſed ſulphur ipſi tantùm exterius adhęret & non in radice:[a] proptereà tam crudus eſt, quàm commune argentum viuum, imò facilimè ex eô argentum viuum fieri poteſt, quod tam immaturum & tam fluxile eſt ac alterum illud. Quin & experientia monſtrat, ſi aurum amalgametur cum iſto argento viuo [b] & paruum calorem ignis ſentiat, quod multò citius ab auro recedat & fugiat, quàm vulgare argentum viuum, vndè coniectura eſt, argentum viuum vulgi eſſe melius coctum quàm hoc. Prætereà maiorem calorem in ſe habet: [c] nam ſi cum eo amalgama ex auro facias, &

in phiala ponas ad coagulandum, amalgama in calore, ſemper fiet mollius, & nunquam coagulatur, ſicut nobis euenit, cùm tamen amalgama ex argento viuo vulgari in calore citò indureſcat & nigreſcat, & denique in rubeum puluerem mutetur, quod cum iſto ☿ fieri nequit: calor enim tantus eſt in eo, vt frigiditas ☉ in eum agere nequeat.

Atq; ita iſte ☿ nihil aliud eſt quàm argentum viuum, cui adhęret ſulphur minerale, quod quidem ſalubre & purum eſt, attamen crudum adhuc & imperfectum: quandò autem digeritur & in ſuam perfectionem transfertur, [d] tunc eſt illud arcanum quod ſuum argentum viuum tingit & tranſmutat à venenoſitate in nobiliſſimam medicinam, qualem mundus non habet. Sciendum quoq; eſt hoc, ſulphur quandò in ſuâ perfectione eſt, non eſſe corpus aliquod, ſed chaos, (hoc eſt) ſpiritum. Nam in primâ ſeparatione antimonij terra ab eô tota recedit, in quâ iſte ſpiritus ſitus erat, ſicut impurum à puro, nondum tamen eſt, vt anteà dixi,

xi, medicina, multò minus quandò nondum est separatus, sed scorijs suis commixtus (hoc est, quandò antimonium manet. [c] Accidentia enim quæ huic mercurio adhærent, vtpote arsenicales humiditates, & terreum sulphur, sunt noxia venena, quæ ☿ malitiam augent & roborant, à quibus quilibet medicus sibi cauere debet, & non sequi abusum vitrificati antimonij. Quamuis enim vitiũ illud apud multos optimè cesserit (sicut nemo contra experientiam loqui debet) & ea fecerit quæ omnibus apothecarum medicamentis & compositionibus impossibilia erant, non tamen est vera medicina. Humidum enim & terreum minerale venenum, nondum sunt separata à Mercuriô, sicut existimatur fieri per calcinationem, imò mineralis terra magis magisque miscetur mercurio, & tantùm id aufugit in quô forma metallica posita est, quæ quidẽ à Mercuriô minimè separari debet, sed potius à centro ad superficiem elici, vt feces terreæ decidant ab ea, nam cum formâ illâ permisceri nequeunt, sed

quando forma illa per ignem expellitur & compositũ destruitur, fęces cum bono sulphure permistæ remanent, & quòd medicina debebat fieri, fit per talem calcinationem venenum.* Quare necesse est formam metallicam conseruari: est enim ignis viuens, qui omnia ea perficit, quæ in hoc opere fieri debent, vsque ad finem completæ digestionis, de quo veteres nobis ità scripserunt: Sicut elementorum ablutio fit per præsentiam ignis, ità ablutorum coniunctio fit per ipsius absentiam.
Ignis in hoc minerali est vita ipsius, per hunc purificatur non alio factitio igni, sicut nituntur facere illi calcinatores, aliíque qui illud sublimant, alij qui euacuant: vnus ponit medicinam in vitro diaphano, alius in albo & rubro sublimato, hic in oleo, iste in aqua rosarum, hic in aqua vitæ, iste in pileo laneo. O vos medici, quid dicturi sunt posteri, quandò libros nostros legent, & ineptias in eis inuenient? vos vestris scriptis nihil aliud agitis, quàm quòd non solùm iuniores medicos perturbatis, sed & reliquos

quos qui non medici ſunt : attamen Paracelſum ob egregias ſuas artes, quas viuens in Principibus, Comitibus & Dominis probauit, quorum quidem aliqui adhuc viuunt, honorant, cauſam præbetis, veſtras rationes melius conſiderandi, & poſtremò ex praxi veſtrâ animaduertendi, quòd ea omnia, quibus apud ægrotos vtimini, nihil aliud ſint quàm ficta phantaſia. Siquidem antimonium omninò tractare vultis, diſcatis prius, quid id ſit, quid in ipſo lateat, quomodò ex tenebris in lucem producatur, & eò dirigatur ad quod à Deo eſt ordinatum : tum demum veſtræ aquæ roſaceæ, & ſimilium artium vanarum ſponte obliuiſcemini. Ego dico & doceo vos, ex antimoniô Mercurium fieri debere, non vitrum, non ſublimatum, non oleum, non aquam, ſed noſtrum metallum Mercurium, qui nondum tamen eſt medicina, & ob immaturitatē & vim narcoticam in ſtomacho digeri non poteſt, multò minus ad ea loca penetrare, vbi morbus latet, ideò in ſolo ſtomacho operatur

&vehementiſſimos vomitus ciet, non ſolùm ex propriâ, ſed ex dicti veneni naturâ, quod adhuc vitro adhæret, quod quidem tam fortiter vrget noſtrum Archeum, vt morbum tali veneno permixtum, non ferre poſſit, ſed per ſuperiora expellere cogatur. Iſte verò Archeus eſt intelligentia & potentia Dei, quæ benè nouit, quantum dâmni hoc venenum daret, ſi in nobis remaneret: quare ad vitæ noſtræ ſaluationem, diutius id latere non patitur, ſed hoſtem ſuũ fugat, & vnà cum eo morbum, qui in iſtô locô occultabatur. De hoc Paracelſico Archeo clarius ſcribemus in tractatu de adminiſtratione huiûs myſterij. Nunc verò pergemus & digeſtionem Mercurij, quomodò medicus ex eô argentum conficere debeat, diligenter tractabimus, quantum quidem nos decebit, nec ex inuidiâ quicquam quod dicendum eſt reticebimus.

[a] *ex regulo ♁ fit ☿.*
[b] *cruditas reguli.*
[c] *calor reguli.* ♁
[d] *habet ſecum terreum ſulphur & arſenicales hu-*

humiditates, quæ nihil valent, habet etiam sulphur minerale, quod ex Mercurio eius facit regulum, & à regulo separari & perfici ac transmutari potest, ità vt postea tingat suum Mercurium.

c *Vitrum antimonij parum habet de bonitate antimonij.*

CAPVT III.

De maturatione Mercurij philosophici ex antimonio, non per ignem materialem, sed cælestem, eiusq́ transmutatione in lunam: & contra falsos & errabundos alchymistas.

ITA iam natus est Mercurius philosophicus ex puro virgineo sulphure, omnium nobilissima creatura, quam Deus vnquam post animam rationalem creauit. est autem nudus sicut infans nudus & miser, & ob suam paupertatem ab artistis, qui nihil nisi diuitias quęrunt, planè spretus & sub scamnum proiectus: Deus autem est huius infantis protector & tutor, per eum crescit & regeneratur in fortem heroem, qui est Hercules omnium malorum domitor. Contemptus ille qui nunc ei incumbit, nihil ipsi nocet, sed

ad extremum contemptorem ipsum obruit, qui grauissimè, hoc est, vita sua id redimere cogitur: Mercurius verò semper manet Mercurius, imò vsque ad finem mundi manebit, cùm tamen præteriti & pręsentes medici vnà cum suis libris omnes intereant, ita vt ne nomina quidem ipsorum amplius extent, illis solis exceptis, ex quibus Mercurius medicos fecit. Satis causæ haberem de isto magico Mercurio aliqua mysteria patefaciendi, & sine dubio amatoribus veritatis, qui ex poculo Babylonico nondum biberunt, in eo rem gratissimam facerem: sed cùm videam mundum per sophistarum nomen & titulum adeò occęcatum & seductum esse, vt eorum dicta & scripta pro oraculis Apollinis habeantur, ex quo quidem sophistæ illi animum sumunt, alios homines, quibus Deus aliquid veritatis communicauit, calumniãdi & inuidẽdi, ne magistratus videat vel animaduertat stultum & asinũ, qui ipsis post aures latet (aliàs caro ipsis in veru cõbureretur) ob has causas aliquãdiu adhuc tacebo. Attamen doleo,

leo, quòd vos amatores veritatis sophistarum pœnā ferre cogimini, qui à multis aluntur, & impunè mendacia loco medicinę scribunt: operibus autem ne minimā quidem suam literam probare possunt, [b] imò, vt pertinaces à suo errore recedere nolunt, quem nihilominus in animo suo percipiũt, sicut mihi nõ minimi ex illis secreto fassi & questi sunt. Quare digni non sunt, vt ipsis mysteria medicinę manifestemus: maneat igitur occultũ, quod ob peccata nostra occultũ esse debet, Deus suis oculos aperiet, in quo ego laborabo quantum potero. Sed pergo dicere de ☿, quòd sit medicina immatura, & sicut austerũ & viride pomũ, vel vua, quod non edi possit, nisi sit à cœlo percoctũ & maturatũ: ita etiam intelligendum est de hoc ☿: à cœlo eum maturari oportet, nõ vestris fictis & excogitatis caloribus primi, secundi, tertij vel quarti gradus. noster artificialis ignis hîc nihil prodest: quare neq; in balneo Marię, [c] neq; in cinerib. neq; in arena aut fimo equino coqui debet, sed solummodo à cęlo. accipite exemplũ, vides pulchrũ pirum

in arbore, illudque libenter comederes, sed est austerum, durum & calculosum, quòd si in arbore relinquatur donec per tempus dulcescat, tunc gratum est esui, sin illud decerpas & ipsemet illud in furno digerere velis, vel alio calore, quid efficis? quantum differet pirum quod tu digessisti, & quod tempus digessit? Ita etiam accidit Alchymistis, qui mirabiles furnos conficiunt, subtiles digestiones inueniunt, & tamen tandem nihil his efficiunt: causam vobis dicam, quò veram digestionem Mercurij comprehendere possitis. Alchymistæ persuadent sibi ipsis (ô quot annos egomet in isto hospitali ægrotaui) posse tam subtilem artificiosum ignem fieri, vt per eum res in aliam rem transmutetur, sed magnus est error in eo quod non cogitant, suũ ignem non esse eum ignem, per quem Deus mediatè operatur: cùm igitur ipsorum ignis non sit instrumentum Dei creatoris, quomodo id facient, quod soli isti instrumento & nulli alij conuenit? [d] Deus non vtitur nostro igni: nihil enim per eum efficit & maturat,

turat, sed eum bene per suum igneum instrumentum accendere potest, & quæ creauit per eum in nihilum redigere. Quid maturat frumentum in agris? quid fructus in hortis? quid vuas in vite? an non Deus id facit per cœlum, quod ipsius instrumentum est? si nos nostro igni hæc efficere possemus, maiores essemus quàm sumus, sed non ita Deo placuit, quare etiam non possumus id facere. Pone, si omnino maturãdus est Mercurius: noster verò ignis nihil maturare potest, necessariò sequitur, conuenientem ignem nobis habendum esse: vnde autem eum habebimus? ex Platone? ex Aristotele? ex Galeno? ex Auicenna? sed hi de isto magno lumine nihil certi sciuerunt: præcipuè verò Galenus blasphæmus in Deum & Christi criminator: vbi igitur eum ignem inueniemus? in Paracelso cùm multa de eo scripserit? sed cum talibus subtilitatibus modo Cabalistico, vt in eo non sitis olfacturi: an verò in cœlum ascendendum est, & Deo iste ignis ex manu eripiendus? nec hoc faciendum. Simplicem profectò

hominem esse oportet, qui non videat, quòd in istis rebus magnum mysterium lateat: putatísne quòd veteribus Magis id de cœlo deciderit? Minimè magnos & ineffabiles labores sustinuerunt, vt eo potirentur, postmodum per multas parabolas, allegorias, metaphoras id libris suis comprehenderunt & scripserunt. Putásne igitur tu, siue Galenicus sis, siue Paracelsicus, tibi id adeò perspicuę proponendũ, vt arripere id quando velis possis? Profectò nulli id tali modo contingit, oportet Dei gratiam ambire precationibus, & ea facere, quæ alij huius rei gratia fecerunt. Vocatur donum Dei, ergo nõ hominis, non creaturæ, nos alijs dare non possumus, quæ nostra non sunt, sed bene indicare possumus vbi quæri & inueniri debeat: ita Magi multos libros de eo scripserunt, & quilibet iuxta placitum cordis sui illud tractauit, tales libros multos habemus, valdeq; vulgares facti sunt, sed eorum sententia occultè manet, donec Helias veniat, & eos nobis explicet. Sed hoc me dicere oportet, Alchymistę (non dico de com

bustoribus salamandrarum, qui alios homines diuites facere volunt, cùm ipsimet mendici maneant) hoc mysterium appellarunt [e] lapidem philosophorum, lapidem benedictum, lapidem sanctum: ea de causa, quòd Deus illud in terreã, & lapideam contemptibilem materiam posuerit. Arabes illud Alchymiam vocarunt, propterea quòd Alchymia instrumentum sit separans bonum à malo, & immatura maturans: Astronomi dicunt, quòd sit Sol, ideo quòd Sol omnes fructus in suam perfectionem deducat: ita hoc mysterium ob similitudinem etiam Sol vocatur. Paracelsus in multis locis id nominat AVRVM, vt in illo loco, vbi dicit: Aurum sit semen, tu verò sis vis vegetans. Habet & alia multa nomina in aliĳs facultatibus & sciențĳs, quæ omitto. Hæc verò omnia ab hominibus huic mysterio imposita sunt: Deus autem fortassis aliud nomen dedit, quod adhuc homines latet. In Archidoxis Quinta essentia appellatur, & ita definitur à Paracelso: Quinta essentia est materia, quæ corporali-

ter extrahitur ex omnibus rebus naſ-ſcentibus, ex omni eo, in quo vita eſt, ſeparata ab omni impuritate & mortalitate, ſubtiliata mundiſſimè, ſegregata ab omnibus elementis. In hac deſcriptione docet hoc myſterium eſſe vitam creaturarum, ſed vitam quidem corpoream: in omnibus enim rebus vita eſt, ſed non in omnibus corpo raliter, nullus ſpiritus eſt in noſtra poteſtate: quare vita corpus facta eſt, & à Deo his data eſt, qui ei in hoc placent. Quid poteſt dici ſignificantius, quàm ſicut dictum eſt, quòd hic ignis ſit vita, & quidem (ne quis ſeduceretur) non quæuis vita, ſed vita corporalis? Quid igitur agimus cum noſtro igni, qui non eſt vita, ſed omnium rerum mors eſt? Quare qui materiam medicorum præparare vult, hoc eſt, ſupra dictum Mercurium, eum oportet in illis libris ſtudere, in quibus talis præparatio docetur, hoc eſt, in Alchymiſticis libris, quoniam plurimos habemus, bonos & malos, probos & falſos.

Si iam mihi obĳcias, quòd non ſolùm homines vulgares, ſed & multi magni

magni domini longo tempore in Alchymia laborarint, & maximis quidem ſumptibus, & inter hos multi præſtantes & docti viri, & nullus tamen aliquid inuenerit: reſpōdeo, quòd iſta egregia ſcientia requirat hominem ſanum: iſti verò omnes fuerint ęgri, quoniam laborarunt morbo auaritiæ & nummorum, quī ſenſus eorum obtenebrauit, vt non intellexerint terminos, quibus magi in deſcriptione huius artis vtuntur, & ſolummodo ex feruida cupiditate quæſiuerunt, quod quærere non debebant: quę autem inuenire ipſis licitum erat, non quæſiuerunt: quare & fruſtrà laborarũt. Cuius iam eſt culpa artíſne, an verò laboratoris, qui eam non rectè intelligit? Alchymia eſt munda & immortalis virgo, quæ nullum hominem rationalem ad ſe admittit: requirit enim hominem mentalem, quales noſtris temporibus paucos adhuc vidi: nemo ſeducatur à ratione ſua: non enim abſque errore eſſe poteſt, multum enim ipſi adhæret de idolo:[f] in mente verò eſt intelligentia vera: hanc ſequi debemus

non rationem,[f] & percipiemus, quare Magi tam mirabilia locuti ſint. facilè etiam intelligemus quid ſit illud, quod medicus ante omnes alios doctos ſcire debet, & quomodo Deus eum ſuo loco collocarit ad iuuandum ægrotum, quocirca & ei dedit ſuum inſtrumentum, quod nulli alij homini dedit niſi ſolo medico.

De hac re oportuit me iſtud caput ſcribere, & vobis indicare, quomodo fiat iſta digeſtio, nempe quòd non ſit naturalis, ſed prorſus diuina. Prima operatio metallici eſt naturalis: ſecunda medici etiam eſt naturalis: tertia verò eſt diuina. Deus enim ſolus hîc operatur, & medicus reſidet in ſuo loco, tenens in ſua manu inſtrumentum diuinum, cum quo agit quod ipſi mandatum eſt. Operatio autem hoc modo fit: cùm Deus crearet mundum, dicebat verbum, & fiebat: ita & hîc quamprimùm [g] Mercurius iſtam potentiam diuinam ſentit, non amplius eſt Mercurius ſed luna. Ob iſtam tam celerem & mirabilem efficaciam, hoc opus Magiſterium vocatur, de quo Paracelſus

in

in Archidoxis ita ſcribit: Magiſterium eſt quod extrahitur ex rebus ſine ſeparatione & elementari præparatione, per additionē in talem materiam con tractum & conſeruatum. Hæc ſunt verba Paracelſi, & quidem verum eſt, quòd iſte Mercurius prorſus inuertatur, quod intus erat: nempe ſtella ſignata ad exteriora trahitur, ſed nulla pars ab altera ſeparata, additio inſtrumenti, hoc eſt, quinta eſſentia Mercurium per uagatur, & in ipſo manet: & cum quinta eſſentia ſit vita, ita Mercurium immutat, vt iam nihil aliud ſit niſi illa vita: tam velociter fit iſta operatio ſine omni elementari efficacia. Et ſicut quilibet artifex opus ſuum decorat & illud ſignat, vt ipſius artificium agnoſci queat: ita & Deus hanc ſuam creatu ram ſignat ſigno nobiliſſimo totius cœli, [h]Paracelſus nominauit id ſtellam ſignatam, dicens, eſſe theſaurū, quem nec Papa nec Cæſar emere poſſint. De hac arte Paracelſus ſummoperè gloria tur, & meritò quidem: eſt enim donū perfectum deſcendens à patre luminum: nullus eſt quē Deus hoc ſignum

videre ſinit, quin ſuper eo obmuteſcat; niſi prorſus ſit fatuus, cui nihil mirum & inuſitatum eſſe poteſt. Ex hoc ſigno perfectam digeſtionem agnoſcere debetis, quæ in veritate nihil aliud eſt, quàm manifeſtatio occulti: Mercurius exterius eſt venenum, interius medicina: nullo modo cogitetis ipſius venenum ab eo per ſeparationem tolli poſſe, ſicut multi tentarunt facere per mirabiles præparationes. oportet hîc omnia coniuncta manere, & tantummodo regenerationem fieri, per quam malum bonum, & venenum medicina fit. Quare cuiuis medico ſummè neceſſarium eſt ſcire exactè regenerationem, non ſecundum opinionem aliquam, ſed oculis ſuis debet videre, manibus tangere, intellectum poſſibilitatem comprehendere. Quòd ſi hoc cognito in aliquo non ſit, omnes monitos volo, vt antimonium fugiant, non eſt enim pro ipſis: qui verò ex animo naturæ cognitionem ſitit, quique exercitatus eſt in chymicis, is antimonium in manus ſumat, & quæ hîc dico quærat: omnia enim ea ſunt in ipſo, & ſi rectè

rem

rem tractes, quod superius dixi, mihi euenisse, tibi quoque contingere necesse est. Ita postea videbis, me non ex odio & inuidia, sed ex fideli animo omnibus amatoribus veritatis hunc tractatum scripsisse, non iuxta meas cogitationes aut speculationes, sed iuxta perfectam experientiam, quam tempus secundum voluntatem diuinam mihi patefecit. Iuxta hanc experientiam meam etiam postremum opificium huius operis indicabo, & quid antimonium postea sit, & quænám ipsius medicinalis vis & efficacia sit, probis medicis fidelissimè communicabo.

a *☿ Magicus.*

b *Quare taceat.*

c *♁ non à vulgari igni percoquitur.*

d *Ignis noster à sulphure accenditur.*

e *Nomina varia data à veteribus igni illi, qui digerit ♁.*

f *Mentalis non rationalis homo requiritur in Alchymia.*

g *Mutatio ☿ ex Antimonio in ☽.*

h *In libello de tinctura Phisicorum.*

CAPVT IIII.

Quòd ex luna fiat sol medicorum, qui est sulphur philosophorum & aurum potabile: quid sit vita hominis, & quomodo per aurum medicũ balsamus microcosmi purgetur, vnà cum erroribus falsorum medicorum.

IAM venimus ad Autumnum, æstas suum opus confecit, & fructum maturauit, iam frumẽtum demetendum est, poma sunt decerpenda, vuæ colligendæ: ad hoc requiritur labor manuum nostrarum. Sicut enim initiò rusticum laborare oportet, agrum colere, grana spargere, postea Deo operationem permittere: postremò labores suos iterum incipere, quod creuit demetere, & frumentum ac stipulam segregare: ita & medicum facere decet, materiam medicam manibus purè lauare, ☉ seminare in eam, illud iuxta Dei benedictionẽ permittere vt crescat, in autumno medicinam à suo corpore separare & conseruare, ad quod iterum labor ipsius requiritur. Deus enim non facit nobis ex frumento panem,

nem, ex vuis vinum, piſtorem & vinitorem id facere oportet. Deus nobis ex Mercurio naſci facit argentum, dat nobis id in manum,[a] vt porrò aurum ex eo faciamus noſtris manibus: nam in iſto argento eſt noſtrum aurum, ſicut granum in culmo & ariſtis. In aliĳs capitibus indicatum eſt, formam metallicam, quæ in antimonio cernitur, non debere per ignem ex eo expelli, ſed magis magisq́; quantum fieri poteſt, ex eo produci: ita iam ſcitote, quòd hanc formam manere oportet vſq; ad albedinem lunæ, tunc eſt in ſummo gradu. Audiuiſtis etiam iſtam formam eſſe ignem, qui ſuam materiam, in qua eſt, purget à ſua impuritate. iſte ignis eſt & materiæ & omnium metallorum vita: quando hæc forma ipſis detrahitur, non amplius viuunt.[b] Mercurius verò tam bene habuit iſtam vitam, quàm nunc luna eam habet, eſtq; in vtroq; vnica vita, quæ non mutatur, ſicut infans modò natus ſuam vitam tam perfectè habet, ac vir annorum quadraginta: robur autem quod vir habet, infans non habet, ita noſter Mercurius

eſt quaſi imbecillis infans: argentum verò eſt quaſi vir robuſtus, & in vno tantundem eſt atque in altero, excepto ſolo robore & virtute, quàm tempus & nutritio materiæ dat, vnde materia creſcit non forma: in vegetabilibus ſecundum quãtitatem, ſed in Mercurio non ex vno lotone decem fiunt, ſolummodo infirmitas in valetudinẽ mutatur, & forma pura eſt, & materia etiam pura eſt. Et quamuis ambo ſint coniuncta, nulla tamen ibi eſt perfecta mixtio, & vnum ab altero ſeparari poteſt, quod medicus in medicina facere debet. Quòd ſi verò metalla inde conficere velis, non ſeparationem, ſed mixtionem vniuerſalem fieri oportet, vt forma & materia fiant vnum indiuiduum. Qui hoc argentum habet, is habet rem quam ab initio mundi omnes homines quęſiuerunt: eſt enim materia ſanitatis & diuitiarum. vtrunque enim ex eodem fonte fluit, qui vocatur ſapientia. medicus inde accipit ſuũ aurum: metalliſta verò etiam ſuum, quod medici eſt ego tracto, rreliquum in ſuo valore maneat. medicinam di-
dici

dici, alterum ignoro. Propterea formam relinquo, & solummodo dico, quòd ea sit corpus viuum, subiectum omnis mirabilitatis, & secretum secretorum Dei: hoc corpus medico nihil prodest, quare id amouere debet: facilè separatur: quòd restat, est aurum potabile medicorum & oleum coagulatum: quando liquidum est, rubrum est sicut sanguis sanissimus, quando coagulatum est, coloris flaui est vt aurum; verum ipsius nomen est, Sulphur philosophorum. quando medicus hoc sulphur consecutus est, tunc ipsius Alchymisticus labor finem habet.

Iam verò vobis dicam, quínam sit Vnio, qui medicum supra omnia medicamina ornat, & quare in hoc minerali summa medicina lateat, quę in nullo alio crescente terræ reperiri potest, non quòd ob hoc nulla medicina in herbis reperiri possit (sicut quidam Alchymistici phantastici volunt) sed sicut in metallis est quod in herbis non est, ita & in herbis Deus id posuit, quod metalla non habent, sicut de vsu & administratione huius sulphuris pe-

culiarem libellum faciam, in quo ista satis declarabo. Scitote igitur nunc, hominem duplicem habere vitam in se: vna est animæ vita: altera corporis tangibilis, anima vitam longam habet immortalē: machina verò vitam breuem mortalem, id est, dissolubilem, quia vita separatur à corpore, non quòd vita moriatur, sed mortalis dicitur, quòd per dissolutionem compositum intereat. ᶜHæc breuis vita in medicina Balsamus appellatur, propterea quòd medicina sit, pręseruans corpus à putredine, ne corrumpatur, hoc est, ægrotet: & si in morbum inciderit, etiam est medicina, quæ illud iterum sanat, non saluia, melissa vel endiuia, sed balsamus hoc facit: nam herbæ cibant tantùm palpabile corpus, vitam verò, hoc est, balsamum non. Si igitur iam balsamus infectus est, siue ex impressione cœlesti (vnde maximi morbi oriuntur) siue ex aliis casibus, & propterea ægroto succurrere nequit, suo cibo ei succurrendum est: nam suo illo cibo confortatur. Quid autem est cibus ipsius? illud ex quo est, quia ex quibus sumus

ex

ex ijſdem paſcimur, & nutrimur: iam verò palpabile noſtrũ corpus vnà cum vita ſua à Deo factum eſt & ſumptum ex mundo. quicquid eſt in maiori mundo, hoc etiã in paruo eſt, quare homo microcoſmus vocatur. A quo igitur filius accipiet quod ipſi deeſt, niſi à patre? patri enim filius ſuus eſt chariſſimus: ſi filius eſurit, paſcit eum: ſi nudus eſt, veſtit eum: noſtrum corpus vtroque eorum indiget. Si maſſa ægrotat calore vel frigore, veſtiri eam oportet: ſi vita ægrotat, cibari eam oportet: palpabile requirit res corporeas, ſpirituale ſpirituales: ſi morbus eſt in maſſa, cibatur ſubſtantia herbarum: ſi morbus eſt in balſamo, hoc eſt in vita, ſimiliter balſamo herbarum cibanda eſt, ita vtraque pars conualeſcit.

Hîc verò notandus eſt inſignis punctus & myſterium totius medicinæ, ſi in EPILEPSIA noſter balſamus pęonia, viſco quercino, &c. in PARALYSI lauendula, &c. cibatur. illarum herbarum balſamus noſtro balſamo minimè ſuccurrit: morbus enim ab ægroto minimè recedit. Hîc latet ſaxum

in quo grauiter offenderunt Galenus, Auicenna, &c. verumq́; est & semper verum manet, quod [d] Paracelsus scribit: Hucq́; omnia excerpta sua retulit Hippocrates, corpusculumq́; illud præ manibus sumere, & obnoxium morti mortali remedio conseruare decreuit. Nam & hodie nulla alia ars est apud Galenicos, quàm quòd impurum balsamum nostri corporis balsamo herbarũ mundare & sanare volunt, [e] quod ipsis impossibile est efficere, sicut videmus in podagra, lepra, paralysi, vbi suis purgationibus ne tantillum quidem proficiunt, quod luce clarius est: & tamen nos videntibus oculis cæcos facere volunt & nobis persuadere, non cogitantes opus medici non in loquacitate, sed in cura positum esse. Concedimus & fatemur, si morbus sit in massa corporea, quòd sufficientem ad eum medicinam habeant, sed ad balsamum, in quo omnium plurimum situm est, Galenus & Auicenna nullam medicinam cognouit aut expertus est, causa est, quòd Galenus Ethnicus & in idolatria submersus fuit: ista verò notitia

titia (rectè intellige me lector) ex Theo loiga fluit. Si Galenus minimam literam in ea intellexiſſet, melius quoq; de fundamẽto medicinæ ſcripſiſſet, quod Paracelſum poſt ipſum facere oportuit:[f] quoniam autem prophetas & filium Dei blaſphemat, qualis fuit ipſius ſapientia in myſterijs naturæ? aut quid vos eius diſcipuli ſcitis in myſterijs medicinæ, in qua Deus operatur? profectò pater veſter fuit homo idolatricus, quid vos eius filij eſtis? non excuſabitis eum hac re, quod dicitis: Si Galenus natus fuiſſet in Chriſtianiſmo & Chriſtum agnouiſſet, aliter ſcripſiſſet. Dicite mihi hoc, quãdo natus eſt Triſmegiſtus? attamen plura de Chriſto ſciuit, quàm fortaſſis vnus veſtrûm. quis ei Chriſtum notum fecit? Creaturæ Dei, quæ Galeni oculis tam expoſitæ fuerunt, quàm Hermetis, cur tam doctus & excellens vir, qualem eum facitis, non & ipſe ex eis Deum cognouit? poſſem vobis bene reſpondere ad hoc, ſed breuitas huius tractatus ferre nequit, alijs in locis fiet. Quin & falſum eſt, ſi quis dicat, medicinam cor-

poris palpabilis à Galeno vel Auicenna primùm inuentam: fuit enim apud antiquissimos semper homines, apud diligentes patresfamiliâs: hanc Galenus à vulgo corrasit suo tempore, suisque rationibus philosophicis sicut pictor imaginem expoliuit, & denique methodum constituit, quam qui non sequeretur non posset esse medicus. Iustum quidem esset & bonum, quòd veræ doctrinæ locum apud nos haberent, sed cùm historiæ veterum testentur, quòd Portius Cato medicos Roma expulerit, profectò non ob industriam vel scientiam ipsorum in medicina, sed quòd fraudes eorum, quibus vterentur bene intelligeret: quomodo igitur nos Christiani ipsorum scripta tanquam irreprehensibilia vel naturalia euangelia amplectemur? Quicquid à primis medicis inuentum est, corporalibus morbis prodest, pro eo agimus gratias Deo & ipsis: quicquid autem alij suis ociosis somnijs assuerunt, non obligati sumus seruare, nec quis in hac re nos culpabit, quòd oramus & quærimus mysteria Dei in natura, causámque

que ex aliis veris libris inquirimus: quare in balſamo herbarum non inſit vis purgandi balſamum. nec propterea odio eſſe debemus, quòd iuuentuti cauſam indicauimns, ſicut ego nunc in hoc tractatu de Antimonio facio.

Quare vos iuniores amatores medicinæ diligenter notate, balſamum microcoſmi nulla alia re purgari poſſe, quàm per balſamum maioris mundi, qui in omnibus creaturis abſconditus eſt, ſed ita Deo placuit, vt balſamus ſpiritualis id non faceret, ſed corporalis. Ob id vitam mundi corpus fieri in creaturis oportuit, non in omnibus, ſed in iis, quæ in centro elementorum creatæ ſunt, [g] in quibus balſamus eſt corporaliter, & vocatur Quinta eſſentia, quæ eſt in METALLIS, ſed non aliter quàm ſemẽ, quod excreſcere debet in fructũ ſuum, qui fructus eſt ☉ ille, de quo hoc caput dicit: qui quidẽ ☉ nihil aliud eſt niſi vita microcoſmi, cũ hoc tamen diſcrimine, quòd balſamus noſtri corporis eſt ſpiritus, ſed iſte ☉ eſt balſamus corporalis, & quandoquidẽ corporalis eſt, vim & efficaciam habet

purgandi & clarificandi noſtrum balſamum, quod ſpiritualis balſamus in aliꝭs ſimplicibus nunquam facere poteſt, ne exiſtimes hoc aurum pellere morbum, ſed quòd balſamum purget, per quam purgationem balſamus noſter ſuum robur recuperat, vt morbum expellere & corpus ſanare poſſit. Primi inuentores Aſtronomiæ ſcripſerunt: Quòd ſol purgat corpora omnia, ſed per ſolem, hoc noſtrum ☉ intellexerunt: per corpus autem balſamum microcoſmi. Ita aurum noſtrum nihil aliud eſt niſi purgatio ſpecifica noſtri balſami, omnia laxatiua, quæ vnquam à Medicis inuēta & deſcripta fuerunt, non attingunt noſtrum balſamum: quare ab ipſis incurabiles manent, non ſolùm epilepſia, gutta, podagra, cancer, &c. ſed & ſimplex dolor dentium & communes febres. Quamuis autem hoc myſterium in viliori & tenuiori adhuc materia poſitū eſſet, an propterea id perſequi & reꝭcere debemus? an propterea non ſolùm gratiæ agendę Deo pro tanto dono, per quod liberamur à tribulatione corporis noſtri?

ſtri? cum Deo litigare poteſtis, quare id non in caſſia crearit vel manna, nos cum gratiarum actione id accipiemus eo loci vbi eſt, & in noſtra neceſſitate eo vtemur: veſtra ſtultitia & cor inuidum nos non impediet, imò alacriores reddet vobis perſecutoribus laruam bacchanalem detrahendi, & veſtram faciem mundo patefaciendi.

Porrò de operatione ſcitote, quando hoc aurum vel ſulphur in corpus venit, & à noſtro balſamo apprehenditur,[h] tunc clarificat balſamum ſanguinis à fumo maleuolarum ſtellarum. Quòd ſi morbus eſſet in aliquo membro principali, ſulphur hoc fermẽtari oportet, forma ſpecifica aliàs in membris operãdi vim nullam haberet: ſpecifica autem tranſmutant hoc aurum ab vna vi in aliam. alia enim eſt natura balſami in ſanguine, alia in cerebro, alia in corde, alia in ſplene, &c. Hæc omnia medicum ſcire oportet & obſeruare, vt cœlo reſiſtere poſſit: COELI ENIM GRATIA ISTA MYSTERIA INVENTA SVNT. Dicendum quoque eſt, ſi

balſamus laboraret morbo, qui eſſet extra cœlum,hoc eſt,[i] cuius cauſa non eſſet ex cœlo,ſed à Deo, is noſtræ medicinæ non eſt ſubditus: quare multi morbi in hominibus manent, donec Deus eorum miſereatur, vel vſq; dum moriantur. Quin & ſi vnum aut plura ſeptem membrorum principalium ex mala medicina putredinem conceperit ,hoc eſt , in ſubſtantia ſui corporis minuatur,nulla ſpes eſt inſtaurationis. Quare huic medicinæ nõ plus tribui debet quàm poteſt.Ex clarificatione autem balſami ſequitur ſanitas,non ſtatim in vna hora, ſed de die in diem decreſcit morbus:quin & iuxta morbi quantitatem & pondus hoc ſulphur adminiſtrari debet ſemel aut ſæpius: ſed in adminiſtratione eſt occulta quędam ars, quam nemo nouit niſi medicus,cui microcoſmus probè eſt cognitus: de quo pauca in quinto, eoq́; vltimo capite indicabo.

a *☾ ex ☿ facta,continet ☉ medicum.*

b *Sulphur ☿ fixum.*

c *Corpus & ſpiritus vitalis in homine diuerſa & diuerſa cura indigent.*

De

d De vita longa lib. 1. cap. 2.

e Galenici corpus non balsamum vitæ recreare possunt.

f Galenus libro 9, capite 14, de Vsu partium, Item libro 2. capite 4. Et libro 3. capite 3. de Differ. pulsuum.

g Balsami humani instaurativum latet in metallis, vt semen, ex quo balsamus aureus crescit.

h Quomodo balsamus noster purgetur.

i Morbi verè incurabiles.

CAPVT V.

Quare de ☉ non clarius sit locutus: cautelæ in administratione ♁: Conclusio & recapitulatio: & quòd expertus scribat.

FAteor me in priori capite minus dixisse de ☉, sed forma ☽ me rememorata est, vt plura dicere non sim ausus: si enim dicere deberem, quę dicenda essent, formam quoq; significantius describi oporteret, quod nullo modo fieri debet, nisi allegoricè, sicut antecessores nostri fecerunt.[a] Ego verò in hoc

tractatu nihil per ſimilitudines agere volui,ſed ſicut res per ſe eſt,ita eam deſcribere: prætereà forma ad medicum nihil pertinet, ſed ad ſolos Metalliſtas, qui in Petro Bono Ferrarienſi ſatis inſtructionis de eo reperiẽt. Quare Antimonium ſatis declaratũ eſt,&quidem vt videtis,ſimpliciſſimè, ne quis de me conqueri poſſit, quaſi obſcurè ſcripſerim,ita vt intelligi nequeam. Ad extremum vnumquenque me monere oportet, qui me non intelligit,is neque faciet quæ doceo: quare antimonium non pro ipſo eſt, ſed ſuperans ipſius captum myſterium Dei:qui autem me intelligit, abſque dubio ſpe ſua à Deo non fruſtrabitur, imò id conſequetur, de quo hîc ſcribo.

Qui autem hoc ſulphur nactus fuerit,is ſciat,quòd propterea minimè totam medicinam inuenerit,[b] imò tunc primùm incipiet medicinam diſcere. Quid enim iuuaret aliquẽ, etiamſi bonum gladium in manu haberet,ſi non poſſet eo vti contra hoſtes ſuos? oportet eum certè prius noſſe, quomodo eo vtendum ſit.Ita & medicus etiamſi

ſulphur

ſulphur philoſophorum in manu habeat, adminiſtrationem verò neſciat, quid prodeſt ei? ſcientia adminiſtrationis requirit peritiſſimum medicum, non doctrinæ Galeni, ſed notitiæ microcoſmi. Quare neceſſarium eſſet de vſu & adminiſtratione huius ſecreti diligenter ſcribi, ſicut & incœpi pecuculiarem libellum de hac re conficere, ſi Deus gratiã & pacem dederit, non vos celabo. Attamen tantum vobis hîc notum faciam, quòd ſulphur in noſtro ſtomacho non poſſit digeri: ſi autem non digeratur etiam non erit medicina ea qualis eſſe debet: poſt digeſtionem enim virtus eius egreditur, prius autem minimè. Homo donum habet quod à Deo eſt, Paracelſus nominat id ARCHEVM. huius Archei officium eſt, vt ex pane carnem humanam faciat, ex vino ſanguinem, & quicquid aliàs homo comedit, ex eo debet cibum conficere. Iam verò liquet hominem non comedere medicinam, quare Archeus ex ſulphure aut ☉, medicinam facere nequit: conſequitur igitur alium Archeum hîc requiri, aut quòd

^c noſter Archeus eò perduci debeat, vt digeſtio fieri poſſit. Paracelſus in libro de Tartaro (cap. xvj.) meminit huius digeſtionis, quomodo noſter ſtomachus ita confortetur, vt indigeſtibilia digerat, dicitq; illud arcanum eſſe vitriolum: verum id quidem eſt, ſed vobis iunioribus nimis ſubtiliter & mancè dictum eſt: nemo ſit tam inſanus, vt credat medicinam ex litera Paracelſi comprehendi poſſe. Hoc dico, eum magnum ſecretum habere, qui hanc digeſtionem in homine efficere nouit, nullus vulgaris medicus ſciet, multa enim ad id requiruntur. Quare quilibet ſibi caueat, etiamſi hoc ſulphur diligenti inquiſitione & labore nanciſcatur, ne dono Dei abutatur, & plus dedecoris & irriſionis, quàm gloriæ apud ægrotos eo conſequatur. Si breuibus verbis id fieri poſſet, vt vobis hanc digeſtionem declararem huic tractatui adiungerem, ſed id fieri non poteſt, ob multa arcana, quæ ſub ea comprehenduntur. Quare iſte tractatus tantùm de præparatione Antimonij ſit ſcriptus: de vſu ſequetur alius

lius libellus, ex quo intelligetis, quid Paracelſus de Arcanis & Elixiribus in Archidoxis ſcripſerit. Quòd in hoc tractatu nullum Recipe propoſuerim ob id factum eſt, quod vos ſeducere nolo: Recipe enim illa ſeducunt iunioſtores medicos: ſed neque à Theophra- vllum recipe ſcriptum eſt, quod ad medicinam, quin occultum ſenſum habeat, & in quo nihil vel deſit, vel abundet, & hoc non fit ſine magnis cauſis.

[d] *Ita finit tractatus de Antimonio, in cuius primo capite dicitur. quid ſit Antimonium: in II quomodo ex eo Mercurius fiat: in III quomodo per cœlum regeneretur: in IIII quomodo ex argento medicus aurum facere debeat: in V quid porrò medicũ ſcire deceat, priuſquam auro vtatur.*

Tantũ ſcribere volui de Antimonio propter medicos iuniores, qui ignorant, quid ſit Antimoniũ, ne ſcilicet ſeducantur à Galenicis, quos non pudet [e] de hoc minerali ſcribere, quæ non experti ſunt. Quæ autem ego ſcribo, ſcio eſſe vera, & non ſemel, ſed plus

quàm centies hoc opus manu mea laboraui,& melius noui, quàm ſutor formam ſuam ex calceo extrahere: quare igitur non ſcriberem quod verum eſt? etiamſi diabolus duplo nigrior & peior eſſet, non tamen in hoc me mordebit. Medicina corpus & vitam tractat, qui aliquid in ea ſcribit, quod opere ipſo probare non poteſt, is latro eſt. ſi Galenici iſtam offam comedere deberent, vbi manerent? Quare mi lector, ſi laborare cupis, huic viæ confidenter inſiſte quaſi immobili ſaxo: attamen rogo te, ne illotis manibus accedas, hoc eſt, ne aggrediaris quod tibi non conuenit. Quin & vos Paracelſicos iuniores medicos monitos velim, ne agatis ſicut veſtri aduerſarij, vt multum in præfationibus diſputetis, veſtrumque præceptorem non verbis ſolùm defendatis, ſed & operibus. Verbis Galenicos tantundem vincetis atque Apoſtoli Chriſti Ethnicos concionando:[f] opera tunc profuerunt, quæ & nunc adeſſe oportet: quantum operibus efficietis, tantùm Paracelſus creſcet: ſed ſummopere vereor non quemlibet,

libet, qui de Paracelso gloriatur, Paracelsi opera præstiturum. Cauete à præmaturis scriptis: rosæ enim non nascuntur nisi suo tempore: quando veniet tempus vestrum veritati succurrite verbis & operibus, ita de hostibus vestris triumphabitis, sicut Theophrastus dum viueret. Atque ita habetis hunc tractatum de Antimonio vobis à me donatum. meliora expectate: scripsi autem lingua Germanica, vt omnes, qui solummodo Germanicè norunt, etiam opifices & circulatores, qui Antimonium tractant, præparant & vendunt, perspicerent, non suum esse ista tractare, quæ non intelligunt. Vale.

a *Petrus Bonus Ferrariensis.*

b *Quomodo prudenter vtendum sit ☉ medico.*

c *Quomodo noster Archeus possit eò perduci, vt medicinas sicut nutrimentum digerat.*

d *Recapitulatio.*

e *Quòd vera & sibi comperta scribat.*

f *Operibus non verbis Theophrasti doctrina confirmanda.*

Soli Deo gloria.

Finis libri de secretis & præparatione Antimonij Doctoris Alexandri à Suchten.

IN AQVILAM COELESTEM GEOR. PHAEDRONIS ODE.

Inclyta quæ summi quondam Iouis ales habebar,
Delitiæque Deûm,
Et nitida cœli gemmantis in arce morabar,
Æthereóue choro.
Sedibus exturbata meis ergastula terræ
Nunc peregrina colo,
Et data mancipio teneor seruilis acerba
Conditione iugi.
Hinc mala tabificæ purgo contagia pestis
Aere fusa nouo:
Hydropis & diris vacuo squalentia stagna
Sordifluosque lacus:
Chiragræ varios motus, tophosque podagræ
Vindice soluo manu:
Et quæ callosis figit nigricantia labris
Vlcera cancer edax:
Rosio quósue sinus affatim pure fluentes
Tecta Syringis agit.
Quisque es idcircò prudens felicibus horis
Contrahe vela rogo,
Nec laxa nimium, medio cum tramite recti
Rectius ire queas.
Nam plerumque graues casus excelsa minantur,
Magnaque probra ferunt,
Et quæ semper iniqua fuit mihi sors, tibi fortè
Æquior esse potest.

GEOR-

GEOR. PHAEDRONIS RHODOCHAEI medici AQVILA COELESTIS, siue correcta hydrargyri præcipitatio.

CAPVT I.



VM primùm in agro Ingolstadiensi vnà cum tua coniuge modestissima, Io. Chiliane, me hospitem tam cupidè viseres, & librarios Othenrici Electoris laudatissimi thesauros aperires, continuò mihi placere cepit ingenuus candor tuus, rara fides, inexplicabilis taciturnitas. Vt autem vicissim meam in te tuosq; beneuolentiam declararem munere aliquo vestris digno virtutibus, non dicam reperire quicquam hactenus, sed ne optare quidem, aut etiam cogitatione assidua informare potui. At posteaquam nunc è stæcheomantia grauissimos hominum generi vniuerso morbos autumno impendere videam,

vt est pestis Epidemica, Hydrops desperatus, Arthritis tophacea, non committendum putaui, quin te amicum meum singularem antè ijs de malis certiorem facerem, eorundemque depellendorum rationem aliquam explicarem. Nam is qui omnium humanarum actionum, & artis medicæ finis est, nimirum, vt Deum Opt. Max. amemus & proximum quemque perinde ac nos ipsos. Idcirco Io. Chiliane, Aquilæ cœlestis pręparationem perstringam breuiter, & vsum eiusdem in affectibus suprà dictis enodabo plenius, vt nihil prorsus vel à te, vel etiam ab alio rerum medicarum & chemicarum imperito in vtroque desiderari possit amplius.

CAPVT II.

Aquila verò cœlestis aut correcta hydrargyri pręcipitatio sic habet: Recipe Stimmeos puluerem, salnitri optimè purgati, fæcis vini vstæ,

cuiusq; vnc. iij. Omnia simul liquefacta in chymicum vas infundantur, & cùm

cùm refrixerint, perfecti operis quasi subsidens rex vasto concutiatur malleo, tunc ima parte cohærens ilicò dissilit violenta conquassatione. Huius autem regis pulverati drachma in vitrum oris ampli deĳciatur, & aqua regali sexies irrigetur, ac rursum assiccetur: tandem in eadem aqua resoluatur, resolutusq; in vrceum figulini operis, qui feruentem cinerem contineat, tumuletur. Atque Aqua regalis hoc modo fit. Pulverentur Chalcanthi lib. ĳ, salnitri lib. j, aluminis cremati lib. s. salis ammoniaci lib. j. s. probè misceantur, & igni largo eliciatur aqua vehemens, quæ purgetur iniectis argenti lamellis. Secundò in aqua regali seorsum resoluatur auri limata scobs, aut foliaceæ Ophirizi bracteolæ pondere drachmæ, & pòst, vt suprà factum est, in vitro feruenti cinere obruantur. Tertiò super calcem viuam aqua feruens fundatur ac probè agitetur. vbi refrigerata conquieuerit, per trilicem coletur: deinde aqua illa rursus feruefacta præparatos isatidis cineres fundatur, ac diligenter moueatur, postquam con

ſederit iterum per trilicem traijciatur: tum in hac lixiuia ebulliat libra hydrargyri, quod antea tale in aceto bellè diſſoluto ſit elotum, & quò diutius efferbuerit, eò melius eſt: poſtremò hydrargyrum, rurſus ſale in aceto probè diſſoluto purgatum abluatur aqua calida & aſſiccetur. Præparatum hoc hydrargyrum in aqua regali, vt prius notatum eſt, reſoluatur, & in feruentem cinerem reponatur. Nunc hæc tria diſſoluta in vas cucurbitinum luto optimè circumlitum calida demittantur, & è Seraphino ſexies aut ſepties ſtillare ſinantur: ſemper tamen prolectus humor rurſus ſuper craſſamentum relictum aſpergatur neceſſe eſt, qui ad extremum igne acerrimo ſubiugatus, tanquam inutilis abijcietur. Sedimenti verò materia exempta minutiſſimè primùm teratur & ſub myela flagrantiſſimis carbonibus reuerberetur, aſſidueque verſetur rude ferrea, donec mutato colore iterum rufeſcat, & virus aquæ regalis euaneſcens contabuerit. Dein optimè lauetur affuſa calida aqua, dum

nullam

nullam prorſus ſalſedinem reſipiat. Tum præſtantiſſima vini eſſentia perfundatur, ita vt tranſuerſos tres digitos ſuperemineat, triduò condatur in feruentem cinerem, & quotidie ter moueatur: demum temperata vini eſſentia rurſus à ſedimenti materia ſeparetur. Poſtremò ſtillatitia roſarum aqua, quæ moſcho facta ſit odoratior, reſpergatur: triduò conquieſcat, & ſingulis diebus ter agitetur: tandem liquor ſtalacticus ſenſim abſtrahatur, vt aſſiccata maximè in fundo reſideat Aquila cœleſtis, quæ vitro diligenter obturato recondatur oportet ad vſus enodabiles.

CAPVT III.

VSus Aquilæ cœleſtis ad interiores corporis morbos eſt eiuſmodi: Grani vnius pondere ad tria vſque ieiuno propinatur in drachma aquæ theriacalis ſiue mithridaticæ, cui hæc inſunt:

Vini eſſentiæ vnc.v.

Theriacæ ſeu mithridati vnc.ij.s.

Myrrhæ ſubuiridis dr.x.

Croci Viennenſis dr.ij.miſceantur & per balinæon ſtillare ſinantur. Hac potione ſumpta, perpurgatur vniuerſè caput,thorax,venter & artus. Nam vt crudi hidrargyri pernicioſus vapor omnem corporis ſubſtantiam peruagatur:ita Aquilæ cœleſtis potio ſalutari quadam vi ſpiritum vnà cum arterijs peragrat, ſanguinem cum venis & humores toto corpore fuſos,itemque medullam cum oſſium intimis peruadit cauernis, & quicquid vitij neruos occupauit, aut inter carnem & cutem irrepſit, corrigit vniuerſum. Sic principes corporis partes, cerebrum, cor, pulmo,iecur,lien, fel,renes,tam expurgari,quàm roborari ſolent conuenienter, & vt ad primam conſtitutionem natiuamq́; ſymmetriam citius perueniant, nec in integras labis atque cœni quicquam in poſterum influat facilè. Ad externos autem qui communibus expoſiti ſenſibus chirurgiam requirunt,talis vſus eſt:

Aquilæ cœlestis dr.j.
Myrrhæ optimæ vnc.s.
Caphuræ gr.vij.
Croci gr.v.
Ol.è caryophyllis vnc.v.

F. vnguentum, quo omnia vulnera vlceraque ac suppurati tumores sanantur obliti, vt nihil vel impurissimi mali sordibus inquinatum in corpore redundet amplius. Itaque cœlestis aquila in desperatis humani corporis affectibus vniuersis remedium est pręsentissimum. Nunc vt planiora fiant omnia, vnum atq; alterum exemplum subijciam.

CAPVT IIII.

Pestis epidemicæ certa curatio.

INitio veneni vis ac pernicies expurgetur propria hac antidoto.
Aquilæ cœlestis gr.j.s.
Theriacæ Alexandrinæ scr.j.
Vini rubri, in quo melittæna aliquot dies macerata sit, stillatitij vnc.s.
decocti prunellæ vnc.j.
Valerianę dr.vj. misceantur, & fiat

potio cathartica ad veneni malignitatem exterminandam. Aut huius loco manè ac vesperi sudor validissimè cieatur ęgrum plurimis integumentis obuoluto:

Liquoris Ophirizi & gemmarum, vt in nostra cœlesti medicina docetur, cuiusque scr. s.

Aquæ fumariæ

Cichorij

Chamædryos stillatitiarum, sing. drach. iij.

essen. vini rubri vnc. s. misceãtur. F. potiuncula diephoretica ad exitiosa pestilentiæ furentis semina exturbanda. Deinde à purgatione seu veneni expulsione altera die ob minacem vim doleteriam exhibeatur ægro peculiare hoc alexipharmaco:

Liquor margaritarum

Coralliorum rubr. cuiusq; scr. j.

Oleum ossium è corde cerui, myrrhæ, sing. scr. s.

Nucum myristicarum gr. v.

Aquę betonicæ

hirundinariæ stalacticarum, cuiusq; vnc. j. s. misceantur ad formã potionis

tionis. At ſi tertia die mortifera ſymptomata conſequantur, indigenitali myſteriorum ratione curentur, vt in delirio præbeatur ſummum margaritarum arcanum, in ſpaſmo oſſiculum è leporis poplite liberatum, in ſpiratione difficili Thio ſiue balſamum, in dyſenteria & aſſidua vomitione crocum è chalybe correctum: inſiti inexhauſta oleum chalcanti rubrum: in menſtruorum profluuio liquor coralliorum rubrorum. Poſtremò in contractæ cladis charactere exhibito ad lethale virus peſtis populariter graſſantis euocandum admoueatur emplaſtrum Olympicum, quod ita habet:

Succi rad. rhapontici
Pimpinellæ
Helenij
Siderici ex Ananienſiũ conuallibus petiti
herb. Prunellæ
Hyperici
Centaurij minoris
Geranij, ſing. vnc. j.
mucaginis ſe. Cydoniorum
Lini

Altheæ, cuiuſque vnc.s.
Ceræ candidę lib.s.
Picis
Colophoniæ
Terebinthinę nouies ex aqua hortenſis ſolani ſtillatitia lotæ, ſing. vncias ij.
Galbani
Ammoniaci
Opoponacis
Sagapeni in eſs. vini diſſolutorũ, cuiuſque vnc.s.
Tragachanthæ
Myrrhæ
Thuris maſculi
Maſtiches
Croci è calybe
Ladani
Styracis
Bdellij
Belzoini, ſing. dr. ij s.
Mumiæ dr. j. s.
Spermatis ceton vnc.s.
Gummi Arabici
Hypociſtidis, cuiuſq; dr.s.
Rhabarbari
Scammonij

Medullæ fruct. colocynthidis, cuiusque vnc.s.

Chalcanthi scr.iiij.

Margaritarum

Coralliorum rubrorum

alborum

Lithargyri

Lap.calaminaris

Carniolæ

Magnetis

Hæmatitæ, sing.dr. iij. Ad extremũ addatur

ol. Stimmeos vnc.j.s.

Plumbi vnc.iiij.

Caphuræ vnc.j.s.

Amygd.dulcium

Lumbricorum terrenorum, sing. vnc.s.

Adipis serpentum præparati.

Iecinorum è ranis recentium, cuiusque vnc.j.s.

F. magdaleones ad carbunculum bubonemque pestilentem contaminati hominis radicitùs extirpandum.

CAPVT V.

Hydropis deplorati vera curatio.

IN hydrope è quibuſcunque cauſis inuecto ter vel quater offeratur hoc catharticum, aut tantiſper, dum corpus ſeroſo humore diſtentum pauliſper ſubſidere intelligas:

Aquilę cœleſtis gr.j.s.
Extractæ è paſtillis Alahandal
Eſſentiæ gr.iij.
Sacchari roſacei dr.ij.
Maſtiches dr.s.
Croci gr.iij.miſceantur.

F. bolus purgatorius ad corpus aqua craſſa atque concreta ſuffuſum. Deinde à leucophlegmatiæ exinanitione ad reliquam molis corporeæ amplitudinem minuendam manè ac veſperi hæc potio exhibeatur, donec cachecticum corpus citrino colore ſqualidum viuido nitore rurſus effloreſcat:

Croci è chalybe ſummo ad extrema opere reuerberati dr.s.
liq.ophirizi gr.iiij.
ol. nucularum moſchatarū gr. v

aquæ

aquæ veronicæ vnc. iij. miſceantur, & formetur potio ad pituitoſum albicantemq́ue ſanguinem corrigendum. Interdiu verò propter virium diſſolutarum defectionem, & immodicę ſitis iactationem detur hęc potio:

Cubebarum
ſe. ocymi caryophyllati, ſing. vn. s.
Folliculorum ſolani
Halicacabi
Sandali albi, rubri, lutei,
cuiuſque dr. ij.
Corall. rubr.
Spodij electi
Scobis elimati eboris
Succini flauiſs. ac pellucidi
Maſtyches, ſing. dr. j.
ſe. quatuor frig. maior, cuiuſq; dr. s
Intybi
Portulacæ
Lactucæ, ſing. dr. j.
Sacchari q. ſ. diſſoluti cum ſucco
malorum aurantiorum

F. Electuarium

Huius electuarij dr. j.
Succi medicati ſiue rob. è berberis
vnc. s.

eſs.calcanthinæ.

Tartareæ, cuiuſque gr.iij.

aquę cichorij vnc.j.s.miſceantur, & fiat potiuncula ad robur corporis languidum excitãdum, & immoderatam ſitim reſtinguendam. Poſtremò tantiſper ad œdema diſijciendum adhibeatur cataplaſma, quoad aquam inter cutem planè abſumptam & diſſipatum tumorem euanuiſſe videas:

Stercoris columbini aridi vnc. ij.

Trochiſc.è thure dr.ij.s.

Myrobalanorũ chebulorum retorridorum vnc.s.

Corall.rubr.

alb.

Baccarum myrti.

Balauſtiorum, ſing.dr.j.

Aceti roſacei q.ſ.

F. cataplaſma ad tumidiſſimam corporis vitiatam molem.

CAPVT VI.

Podagræ cuiúſque perfecta curatio.

PRimùm ab arthritico ad quintum aut ſextum vſq; diem pilula vnionum

num nostrorũ, magnitudine erui manè ac vesperi deglutiatur, qui capiunt:

Aquilæ cœlestis ℥ s.

Aloes præstantissimæ nouies è styllatitia, Chamæpityos aqua lotæ drach. ij.

Stimmeos reuerberati scrup. j.

Croci è chalybe correcti ʒ s.

Moschi odoratiss. gran. iiij.

Ambari fului gran. iij.

Fiat massa catapotiorum cum extracta stæchados Massiliensis essentia, cui grana quinque vel sex olei è chalcantho rubri sint addita. Deinde ab assumptis pillulis quotidie bis terue pars malè affecta inungatur oleo Macrobij calido, cuius parandi ratio hæc est: Sanguinis ceruini adhuc calentis tres cantharos è seraphino igne moderato stillare sinito, donec phlegma omne prolectum fuerit, & calor è croceo in puniceum transierit: deinde ex Athanore flagrantissimo igne tandiu stillas expellito, vsque dum nihil guttarum oleosarum amplius in subiectum emanet receptaculum: vltimò extrema ignis violentia continenter

vrgeto, tunc ſal egeſtus ſuffitu in ſummam vitri partem lateribus, tectóque mediocri copia adhæreſcet, quem vaſe refrigerato diligenter colligito, & cum oleo probè temperato. Hoc aliquot ſeptimanis vtatur conflictatus à purgatione abſoluta, & ſi vinũ interea bibere velit, id recens referbeat prius oportet cum radicibus caryophyllatæ ac peruulgati acori. Sic breui omne arthritidis etiam vetuſtiſſimæ genus tollitur radicitus, miſerabile helluonum flagellum, dirum gurgitum illorum cruciamentum.

CAPVT VII.

Cancri exulcerati ſeu fiſtulæ cuiuſcunque certa curatio.

Hæc potio quotidie ter hauriatur:
Rad. cyclamini ℥ s.
Herb. diapenſiæ candidę M. j.
Solidaginis mediæ M. s. decoquantur in lib. j. s. vini ad tertias.
Sumantur huius decocti ℥ iij.
Ol. è cariophyllis per ſeraphinũ prolecti ſcrup. j. miſceantur.

Lo-

Locus autē affectus manè ac vesperi inungantur linimento, cui insunt:

Ol. è lateribus gr. j.

Terebinthinę lib. s.

Cariophyll. ℥ ij. misceantur & chemico more pellantur è balinæo: tunc addantur:

Mastiches,

Myrrhæ,

Thuris, sing. ℥ iij.

Mumiæ gr. j. omnia simul mixta per seraphinum agantur. Pòst sumatur huius olei ℥ j.

Aquilæ cœlestis ʒ j. misceantur.

Fiat linimentū, quod rursus obligetur emplastro Olympico. Atq; semper ante linimenti admotionem cancer siue fistula expurgentur hac lotione:

Aluminis ℥ s. Salis ℥ j.

Mellis ℥ ij.

Vini,

Aquæ, cuiusq; lib. j. dissoluta probè misceantur.

Verùm linimento suprà dicto longè diuiniora sunt, oleū dulce stymmeos, plumbi, hydrargiri, quibus nihil vnquā deploratorum vlcerum aduersari po-

test, sed ocyssimè sanantur phagædenica & cacoethe omnia.

CAPVT VIII.

NEc de præparatione aquilæ cœlestis & vsu eius tam in externis, quàm internis humani corporis effectibus. Iam quod reliquum est, etiam atque etiam rogo te, Io. Chiliane, vt mearum vigiliarum munusculum leuidense, quod in tuo nomine apparet, æqui boni facias, & inde meam erga te, tuósque fidem & beneuolentiam probes. Altiora enim quæ nunc paro & in hac commentatione, & in aliјs similibus me breuiorem faciunt, quæ propediem, Deo adiuuante, sum editurus, licet admodum præcocia, quod nimis maturè mihi inuito partim quotidianis optimatum precibus, partim oblato indies à principibus viris ingenti precio, partim à liuidis quibusdam auarisq; mysteriophylactis vi & morte intentata de manibus excutiantur. Tu quæso illum candorem, illámque fidem, quam in hoc Ingolstadiensium

ſium agro primùm in te eſſe perſpexi, conſtanter colas; tunc & me eum, quē expetes maximè, habebis perpetuò. Deus Opt. Max. faxit, vt opera medicæ artis inſtituta ad æternum ſui nominis honorem, & catholicæ apoſtolicæque eccleſiæ ſalutem abſoluere poſſim, neglecta importunorum hominum obtrectatione & maleuolentia. Amen.

GEORG. PHAEDRONIS RHODOchæi medici Eleenus, ſiue perfecta Epilepſiæ curatio;

AD

Ampliſsimum D. Oſuualdum ab Eck Cæſar. Maieſt. conſiliarium.



NTER tot peregrinationum mearum labores & factos in abſtruſarum rerum cognitione ſumtus, alter ab eo nunc effluxit annus, Heros ampliſſime, quo mihi aduenæ Cheil-

haimi bibliothecam instructissimam, hortos pretiosiss. & equestria nobilitatis tuæ ornamenta monstrasti comiter, omniaq́; officia & cultum humanitatis liberaliter tribuisti. Quamuis autem hoc biennio apud illustrissimos quosdam Principes ac Comites sæpenumerò honorificẽtissimam tui mentionem fecerim, nunquam tamen praxeos medicæ occupationibus & lucubrationũ occultiorum obsessionibus me tantillum laxare potui, vt exiguam significationẽ gratę erga te voluntatis dedissem. At cum illo tempore oleum chalcanthinum à pręstantissima fœmina coniuge tua factũ de miserabili epilepsiæ malo nos admonuerit, iam à re non prorsus alienum fore arbitror, si perfectã quandam rationem curandi morbum comitialẽ nobili potissimũ stirpi familiarem doceam, eaq́; in magnificũ Dominum ab Eck, cæterosq́; Argonauticę quasi gẽtis principes Boios me gratum ostendam. Quandoquidem epilepsia è nymphidico cœlestiũ corporum motu orta vnus è summis morbus existat, summa quoq; & medi-
ca &

ca &chemica requirit myſteria,quę ti-
bi reconditarū literarum & interioris
Sophię amantiſſimo maximā volupta
tem afferent, meumq; gratum erga te
animū coràm declarabūt apertiſſimè.
Propterea relictis epilepſiæ cauſis,quæ
in noſtris protopyricis copioſè expli-
cātur, ad eius ſanationē aggrediemur,
exorſi à ſummis quatuor phylacterijs
quaſi generaliore medendi ratione,
quibus poſt vnam atq; alterā antido-
tum paratu faciliorem tanquā ſingu-
larem curandi modū ſubijciemus. Pri-
mum autē alexipharmacum excelſiſſi
ma humani ſanguinis eſſentia eſt, cu-
ius ordinato ad actuoſos lunæ curſus
vſu efficitur, vt nulli epilepſię circui-
tus vnquā cœleſtium cauſarū vi ciean
tur. Ea chemico more ita elici poteſt.
ſanguinis humani adhuc calētis ℥ vj. &
vini ſtillatitij ℥ j. quadraginta diebus in
ampulla cucurbitina macerentur,pòſt
ſtillatim è balneo agātur,& ſingulari o-
pere ſeparetur cādidus à flauo liquor.
Huius ſcrupulus ab ipſo nouilunij tem
pore prima aggreſſione datus facit, vt
gitatione ſedata deferueſcat comitia-

lis ille furor,neq; vlla in omnes annos consequentes epileptica cõcussio prehendat. Sic & illustre oleum cranij humani pondere trium granorum morbum comitialẽ tollit funditùs, vt nulla eius inuasio siderum impulsu proritata vnquam moueatur in posterum. Idq́; confit hoc modo: Cranium humanum, quod nunquam humatum, omniq́; humore priuatũ sit, minutissimè contundatur, & in vase retorto per Seraphinum pellatur igne acerrimo, donec omne phlegma extillauerit in subiectum receptaculum, id rursus super fæcem relictam aspersum, vt prius arte stalactica vrgeatur, tunc, si tertiò eadẽ opera iterando redintegretur, eminentissimum oleum cranij humani apparet, quod thesauri instar pretiosissimi vitro bene obturato recondatur ad vsus. Verùm in alijs quoque animantibus luminosissima quædam mysteria sunt abscondita, vt in alce, vulture, ape, quæ eadem ratione in perpetuum profligant cõuulsionem epilepticam, sed ipsorum multitudine nunc supersedendum esse censeo, ne preter volunta-

tatem meam ab eo quod propoſitum eſt longius aberret oratio. Alterius apotropœi vſus huiuſmodi eſt: Primò acceſſionis inſultu laboranti nouem grana ſtimmeos reuerberati prębeantur, in ipſa luctatione & concertatione mali exagitati grana decem & octo cum quadam ſolertia ingerantur ab hoſtili ſtrage edita horæ ſpacio, pòſt rurſus nouem grana exhibeãtur, & ſic deinceps. quando morbus victor cauſarum validiorum iniuria prouocatus recurrerit, iterum ad repellendum eius impetum atque ignitum furorem ſic contrà pugnaueris. à tertia paroxyſmi anticipatione nulla vis inimica epileptico aduerſabitur aut conſuetas eius interturbabit functiones. Tertium lyterium eſt, vt ſcrupulus liquoris Ophirizi conflictato detur horæ ſpacio ante ipſum acceſſionis initium, & exactis tribus horis pòſt finita incurſione ſemiſcrupulus, idque ad ſextam vſq; periodum ſuſpectæ imminentiſq; epilepſiæ repetatur, tunc eius focus in quacunque corporis ſede deliteſcens reſtinguetur vniuerſus, & omnis exa-

cerbationis motus conquiescet. Postremum amuletũ est clarissima corallioru rubrorum tinctura, quæ, si pondere semidrachmæ prima aggressione propinetur, & dein, quoties morbus rursum alio inardescit incẽdio, aut motu nouo quasi turgescens excandescit, vt antè iteretur, epilepsiam absumit omnino, eamq; diebus decretorijs solutam optima valetudo postea excipit. Mitto hîc excellentissima gemmarum arcana, liquores nimirũ Smaragdi, Adamantis, Granatæ, Turcoidis, qui eodem modo vsurpati efficiunt, ne vllus morbi comitialis typus concurrentiũ causarum molestia stimulatus redeat in sempiternum. Hactenus de summis quatuor phylacterijs siue mysterijs olympicis, nunc ad euporista remedia accessuri singularẽ curandi legem & rationum momentis, & quotidiano rerum vsu confirmatam rogabimus. Primum corpus, ne vlla epilepsiæ periodus intimarum causarum malignitate excitata succedat amplius, purgãdum est Elleborines granis tribus è tenui medone vel aqua potius sumtis, in

qua

qua hippoglossum decoctum sit, adiectis ad extremum aromatibus. Eius conficiendi ratio talis est: Radices veratri nigri purpureis floribus præditi recentes, grauidæq; concidantur, & æthe rea vini essentia respersæ per Seraphinum impellãtur igne paulatim aucto, dum omnis humor prolectus esse videatur, deinde rursum cœlestis vini essentia molliusculo igne per Balinæon à melampodij liquore separetur, & in hoc humore, qui ampullæ cucurbitinæ fundo substernitur, sacchari Candi quantum satis est, resoluatur, tunc Elleborine nostra optimè præparata est. Dein à corporis euacuatione adhibendum est tonoticum Essentiæ Chalcantinæ, hoc est, olei è vitriolo in sublime elati, & in volatilem substantiam redacti, cuius subsidio epileptica distentio penitùs tollitur, & corpus affectũ per mali consopiti, ac velut obtusi con coctionem ad primam naturæ bonitatem redit. Ea si desit, compositio arcani Olympici stat ex his: Chalcanthi Vngarici lib. xij. ramentorũ cornu mo nocerotis vel eius loco scobis elima-

ti eboris, ſpodij electi, caphuræ, ſingul. vnc. v. hæc tria aqua ſe. pæoniæ, quòd luna decreſcente collectum ſit, irrigentur, & per deſcenſum Chemicum omnia ſimul vrgeantur ad rubram vſque fæcem: deinde fæcis rubræ lib. j. liquoris ſtillatitij lib. ij. Eſſentiæ vini, aquarum chelidonij, melittænę, chamedryos, valerianæ, plantaginis, cuiuſque ℥ j. ſemis ſtillatim acri igne agantur per vitrum retortum: tum huius fæcis rubræ lib. ij. liquoris ſtalactici lib. j. primũ macerentur, & deinde die nocteq́; pellantur è vaſe retorto, tunc phlegma, ſpiritus & oleum emanant ſimul, quæ ita ſegregantur: Ebalinæo phlegma ſecernitur per Seraphinum ſpiritus, in athanore oleum rubicundiſſimum. Phlegmatis drachma pueris ante paroxyſmum datur, ſpiritus ſcrupuli pondere conſtanti ætate hominibus, olei grana tria ſenibus. Nec inter poſtrema epilepſię lyteria habendum eſt illud, quod à quibuſdam Sabæis vſurpatum fuiſſe ſtœcheomantia tradit: Aquarum rad. ſolani, halicacabi, ſe. pæoniæ, luna decreſcente lectorum, cuiuſque

vnc.

vnc. ij. s. caſtorij recentis dr. j. ſpecierum diamoſchi dulcis ʒ j. s. mellis virginei ʒ ij. mel. anacardini ʒ s. horum ſtillæ è balneo diligentiſſimè excipiantur, quibus pòſt addatur margaritarum præparatarum ʒ s. ſcobis cornu monocerotis gran. iiij. oleum chalcanthini ſimplicis guttæ v. oleum aniſi gut. ix. commiſceantur. Huius liquoris drachma ipſa paroxyſmi dimicatione epileptico inſeratur, & pòſt dies nouem continuè repetatur, tunc horribile morbi comitialis malum omnino auerruncabitur, quamuis robuſtum vltra viginti annos in conflictatum miſerrimè bacchatum fuiſſet.

Poſſunt & plura Epilepſiæ apotropęa ab eo inueniri, cui ſunt cognitę (vt certè vnicuique perfecto Doctori Medico debent eſſe cognitæ) artes aſtronomicæ, inter quas numeratur Magia Theurgica, Cabala Aegyptiaca, Necromantia Orientalis, Characteriſtica impreſſio, Sophia cœleſtis, & aliæ non afferendæ. Prætereo nunc diuinitatem olei Cryſtallini & Beryllini, quibus morbus comitialis ſubitò admi-

randa quadam ratione perfectè dissol-
uitur remissa in perpetuũ omni excan
descentia. Hactenus mihi satis multa
dixisse videor de summa epilepsiæ cu-
ratione, quæ vt ęqui boni facias, Heros
amplissime, vehementer etiam atque
etiam oro te, meæq́; erga nobilem ve-
stram familiam obseruantię pignus es-
se ducas. Posthac enim vicinitas loci, si
modò propter noua quædam negocia
mihi iniuncta diutius hîc cõmoratus
fuero, monebit me frequentius, vt in-
terdũ splendidiss. Domino splendidio-
ra gratæ voluntatis monumenta nun-
cupem, qui me venientẽ semper hono
rificentissimè exceperit, abeuntẽ am-
plis muneribus auctũ dimiserit. Nam
hospes solitarius Ingolstadij eam ob
causam tanrũ hæreo, vt potius scripta
à Principibus quibusdã viris postulata
nunc perficiam, quàm vt medicinam
apud Academicos proceres inuidiosè
factitem, licet alioquin eos solũ ægros,
qui à cæteris medicis, empiricis circu-
latoribus, sagis, lucifugis & Pythonicis
vatibus pro desperatis relinquuntur,
curandos suscipiam. Id autẽ facio non
am-

ambitione quadam ductus, cùm nemini hoc modo boni oblati occasionem præripiam: non auaritia tractus, cùm à nullo vnquā ægro quicquam præmij poposcerim, sed ad medicā artem natus, diuinitusq; vocatus ago omnia cū debito in alios amore, quorū tantam quotidie multitudinē certa ope destitutā miserrimè perire cerno, tū ad veram Medicorum dignitatē restituendam, qui hodie ab infima fęce plebis etiam ob infaustas curationes leuissimi ac nugacissimi habentur. Atq; hinc fit, vt indies crebrius & optimates Ingolstadienses, & nobilitas Boia, Sueuicaq; instituta mea studia interpellent, quibus expeditis liberalius operam artemq; medicam cœlitùs mihi datam bonis hominibus communicabo. Bene vale, Heros amplissime, & magnum illum vereq; nobilem animum, quem amantissimè abditarum rerum studiosis aperire soles, tene in sempiternum.

Ingolstadij sacra diuo Bartholomeo die, anni

M. D. LXII.

GEORGII PHÆ-dronis pestis Epidemiæ certa curatio.

Initio veneni, vis ac pernicies expurgetur propria, hoc Antidoto:

R. Aquilæ cœlestis gr. j. s. Theriacæ Alexandrinæ scrup. j. vini rubri, in quo Melittæna aliquot dies macerata sit, stillatitij ℥. s. decocti prunellæ ℥ j. Valerianæ ʒ vj. misceantur, & fiat potio catharctica, ad veneni malignitatem exterminandam. Aut huius loco sudor validissimè cieatur ægro, plurimis integumentis obuoluto.

Liquoris Ophyrizi & gemmarum (vt in nostra Cœlesti medicina docetur) cuiusque scrup. s. Aquæ fumariæ, Cichorij, Chamedryos an. ʒ iij. Ess. vini rubri ℥ s. misce, fiat potiuncula, ad exitiosa Pestilentiæ furentis semina exturbanda.

Deinde à purgatione seu veneni expulsione, altera die, ob minacem vim deleteriam, exhibeatur ægro peculiare hoc Alexipharmacum:

Recipe

Recipe liquoris margaritarum, Corall. rub. cuiusque scrup. j. Olei ossium è corde cerui, Myrrhæ an. scrup. s. Nucum myristicarum gran. v. aquæ Betonicæ, Hirundinariæ an. ℥ j. s. misceantur ad formam potionis.

At si tertia die mortifera symptomata consequantur, indigenę tali mysteriorum ratione curentur:

Vt in delirio præbeatur, summum margaritarum arcanum.

In Spasmo, ossiculum è leporis poplite liberatum.

In Spiratione difficili Thio siue balsamus.

In Dyssenteria & assidua vomitione, crocum è Chalybe correctum.

In Siti inexhausta, oleum vitrioli rubeum.

In Menstruorum profluuio, liquor Corallorum rubeorum.

Postemò, ad letale virus pestis populariter grassantis euocandum, admoueatur emplastrum Olympiacum. Quod ita se habet:

R. Succi rad. Rapontici, Pimpinellæ, Helenij, Syderici ex Ananiensium *Emplastrũ Olympiacũ*

conuallibus petiti. Herbarum prunel-læ, hyperici, centaurij min. Cherauij, sing.℥ j. Mucilaginis sem. Citoniorum, Lini, Altheæ ℥ s. Ceræ candidæ lib. s. Picis, Colophoniæ, Terebinth. nouies ex aq. hortensis Solani stillatitia lotæ, sing. ℥ ij, Galbani, Ammoniaci, Opoponacis, Sagapeni, in essentia vini dissolutorum, cuiusq; ℥ s. Tragacanthę, Myrrhæ, Turis masculi, Mastichis, Croci è chalybe, Ladani, Styracis, Bdellij, Belzoini, sing. ʒ ij s. Mumiæ ʒ j. s. Spermatis cœton ℥ s. Gummi Arab. Hypocistides, cuiusq; ʒ s. Rhabarbari, Scammonei, Medullæ, fructus Colocyntidis, cuiusq; ℥ s. Calchanti scrup. iiij. Margaritarum, Corallorum rub. item alborũ, Lithargyrij, Lapidis calaminaris, Corniolę, Magnetis, sing. ʒ iij. Ad extremũ addatur olei stimmeos ℥ j. s. Plumbi ℥ 4. Camphurę ℥ j. s. Amygdalarũ dul. Lumbric. terrenorũ, sing. ℥ s. Adipis serpentũ prępárati, Iecinorum è ranis recentiũ, cuiusq; ℥ j. s. F. magdaleones, ad carbunculum, Bubonemq; pestilentem contaminati hominis radicitùs extirpandum. *FINIS.*

THEO-

THEOPHRASTI PARACELSI LIBER

De Narcoticis ægritudinibus, vt sunt Pestis, Pleuresis & Prunella.

CAPVT I.


Ppilatio est constrictio pori & substantiæ. Estque ea quæ fit ex constrictione corporea cum corpore. Est & duplex: vna in circumferentia regionis: altera elementata, ab aere secundum corpus. De prima animaduertendum, quod quæuis oppilatio est compressio suæ regionis, ex ea ratione, propter spiritũ Ileidum (lethalem) qui cùm egressum non habet in seipso in putrefactionem abit, hocq; sine causa exterioris regionis. Secũda verò aerea, est pestifera, nunc pestẽ, nunc pleuresin facit, nũc crisim epatis præparat. De his notandũ, non de punctionib. vagantibus: sed quæ pestis, quæ pleuresis sunt & crisis. Quia punctiones signa sunt morbi, nõ morbus, de quo hîc, nõ illa exilia & parua tractamus.

Pestis igitur est aer suæ regionis, ex primo corpore generatus, & oppilatus sine egressu, de materia arsenicali & oprimethioli.

De illo autem tartaro velocis mutationis dicendum est, qui fit per digestionem naturæ. Nam aliqua ad biennium, alia ad triennium, alia vltra, alia ad quoduis tempus. Ideo quæ de peste sunt scienda, ea sunt, quæ existũt de digesto & tempore: scilicet, hoc tempus vitriolatum & hoc est prunella: aliud ogertum, hoc est pleuresis: aliud arsenicale, hoc est pestis. Quia ibi fundamentum est huius regionis morborum, vt quæ de pleurisi, sale ogertino habentur. Nam secundum quod tempus fuerit ogertini salis, pleurisis generatio, id est, oppilatio pleuritica. Nam quæ oppilationes arsenicæ sunt, sunt de peste: & quæ ogerti, pleuresis: quæ vitrioli, prunellæ. Hoc sit apud vos magnificum ingenium, oppilatio quid sit, & in ipsius materia (vt prædixi) tres species esse: tempus quoq; alterinum, nouum, aereum.

Sed quæ sit differentia in oppilationibus,

nibus, ſecundum textum notandum eſt, ex parte ægritudinum differentias, & hoc in textu: Tres ex oppilationibus morbi ſuas ducunt origines, peſtis hepatis, pleureſis hepatis, & prunella hepatis. Vera eſt peſtis, vera pleureſis & prunella ex ſuis ſalibus exortæ ſecundum digeſtionem. Rationes autem ex metallis habent, ſecundum digeſtiuum & tempus & mineram. Ex his enim ſumma autoritas & medica maieſtas pro ratione in eo ducitur & bene. Nam idem eſt peſtis & res ſua, idem pleureſis & ipſius materia, prunella & ſuũ eſſe, & tempus, & digeſtiuum, maturatio, & tranſmutatio vtriuſque ſexus ſui elementi.

Explicationes capitis primi.

OMnes oppilationes in dextro latere veniunt ex tartaro, epate. Oppilationes duæ ſnnt: vna in ſubſtantia, id eſt, per ſubſtantiam tartari (vt cùm venæ per epar ſparſæ conſtipantur) vt in prædictis dictum eſt: altera aeris (in ſpiritu & aere) Nam aer tranſire debet per totum corpus,

Elementaris aer (vt feruntur in corpore elementa esse) debet transire per vniuersum corpus. Vbi ergo tartarus obstruit vias, iam aer retinetur, pertransit in crassitudinem, id est, in secundam generationem. Ille aer cùm ibi est, vbi fit resolutio ex tartaro, tam crassus (ex intestinis) emissus est, vt transire non possit, & tam spissus aer (ex intestinis) ascendit & descendit: iam hìc est, iam rursus alio in loco, locum fixum non habet. Et illud est oppilatio aeris in regionibus hepatis. Ex illo aere fit pestis, sicut pestilentia: nam ille aer, qui est per se elementalis, transiuit in secundam generationem, & fit spissus, & flatus, qui hinc inde vagatur, & transire non potest, sic oppilatus facit pestem: sicut & aliàs dixi, aerem in nobis, non externum, causare pestem. Bolum armenum ad cor confortandum dant in peste, iterum terram sigillatam, & bene. Talis aer cùm inuadit epar, nulla amplius cura est, sed quamdiu in regionibus epatis alioquin circumfertur, non nocet.

Præterea omnis morbus narcoticus, id est, qui vrit adeò, vt videatur hominem redacturus ad insaniam, sicut prunella.

Inde

Inde fit, quòd ille aer cùm per se penetrat, & quòd sibi ipsi facit exitum, & quòd ascendat in altum, & tunc efficit ardorem in collo, & lingua, nigras pustulas. Et vbi istud signum est, dico, quòd oppilatio est aeris in hepate, & ille inclusus aer in hepate egreßum sibi fecit: vnde colli ardor, gutturis pelliculæ detractio. Et est morbus mortalis: quia aer ille est pestilentialis. Ideo aquæ prunellæ, & illa medicamina non iuuant, nisi ad hoc, vt illa membra confirmentur & infrigidentur: alioquin cum ipsius aeris aßumenda est.

Et ille aer internus quoque facit pleuritim, & eadem pestis causa est. Ideo omnes morbi, qui palatum & collum incendunt, dicite ab hepate, non ex sanguine, vel alia causa esse: hoc propterea, quòd aer ille inclusus exitum facit. Et illi morbi narcotici sunt, qui inflãmant homines, vt tandẽ nesciant quid agant, id est, desipiunt, & excicatrisantur, id est, cutis in collo discedit.

Oppilatio sic in epate facit pleuresim, pestem & prunellã, &c. sic cordis oppilatio facit pleuresim, pestem & prunellam: sic etiã reliquorũ præcipuorum membrorũ oppilationes faciũt pleuresim, pestẽ et prunellam.

Pleurisis non est in præcordijs.

Medici dicunt, quòd pleuresis sit apostema in præcordio: sed nihil est, non est apostema, sed oppilatio. Fieri potest, vt in maturatione et perfectione redeat in primam materiam, & computrescat, & postea fiat.

Signa] Quæ præcedunt, signa sunt, non morbi.

De dieb. Criticis.

Crisis quoque inde est, vt si nunc morbo afficerer, vtpote apostemate mortali: post quatuor vel septem dies, si crisis vel bona vel mala fuerit, possum inde iudicare, quid de ægroto futurum sit.

Regio epatis quę sit, vide Cap. I.

Circumferentia epatis] regio eius est. Nam inclusum est tanquam oui vitellum et albumen vndique pellicula includuntur.

Ileidus] est aer elementalis in nobis interior, omnes partes corporis informans, multas in se species continens, ex quarum resolutione fiunt morbi. Est spiritus, qui transire debet in omnia membra. Quemadmodum in ouo pellicula totum cingit: ita debet Ileidus transire per omnes poros: qui si obstruuntur, hinc morbi sequuntur. Oppilatus autem aer, si in ista regione materia est, vt tartari, si illa consumitur, & transit de corpore in aerem, aer solum fit. Ille aer facit postea pestem, pleuresim,

&

& prunellam, item crisim.

Sed si de his tribus rectè scire volumus, de peste, pleuresi & prunella, Tria sunt vnde generantur illi morbi: est spiritus arsenicalis, auripigmenti & vitriolati, vt in textu. sed hæc tria in tartaro abundant. Si ergo arsenicum in peste alicui restet ex tartaro per vrinam expellitur, non fit pestis. Item, si auripigmentum pellitur per vrinam propter emunctorium, & digeritur, non fit pleurisis. Tertiò, si sal vitriolatum transit per vrinam, non fit prunella.

Omnis res continet in se spiritus illos tres, Arsenicum, Auripigmentum, Vitriolatum: qui si rectè digeruntur, non sequuntur illa acuta apostemata. Hic enim res est disposita, vt mineræ omnes in corpore contineantur, & bonum & malum simul commixta sunt. Et similiter in omnibus herbis.

Omnes res vel creaturę sunt minerales.

Omnia mineralia in homine.

Quòd verò ex astris sciamus futura, vt pestem, id physicam rationem habet, quòd Astronomi præuident pestem: quia nondum sumus separati ab elementis, & omnia elementa mineralia in nobis sunt, sicut in omnibus herbis. Quia quicquid terram afficit, aut aquam, ignem, aerem,

Quemadmodũ in mineris externis bona & mala: sic in corpore humano hæc quadam symmetria & proportione inueniũtur.

& hominem afficit: quia quòd ipsa in se habent, etiam in corporibus nostris est. Nam omnia in nobis sunt, sic & elementa in nobis. Nunc autem, quemadmodum aurum vitiatur & moritur per arsenicum: ita & mineralia omnia, quæ auripigmentum habent, aut alium spiritum, corrumpuntur: ita & balsamus naturæ consumitur, per spiritus illos & per mineralia.

Oprimethiolim *dicitur fumus (mineræ) ex ære ascendens.*

Eosdem morbos habent mineralia, quos nos habemus.

Pestis non est aliud atq; aer arsenicalis, inclusus in regionibus epatis. Et inde generatus: Quando species (spiritus) arsenicalis separauit se ab Ileido, id est, spiritu elementali, & ad tartarum cessit, tunc est natura arsenici vrere, incendere, ac tumorem facere, sicut & in peste fit primò ardor continuus, magis ac magis crescens. Sic & tartarus nunc ab arsenico separatus, facit paroxysmum febrilẽ, venit calor ac frigus, & venenũ arsenicale ascendit, ac in superioribus partibus erumpit, quod sic fit: venulæ, quæ per corpus trãseunt, inficiuntur. Nam arsenicus accendit sanguinem, ac putrescit,

ſcit, cùm peſtis eſt intus, facit & apoſtema ta ſub axilla. Iſtud apoſtema non eſt peſtis, ſed ſimile communi apoſtemati. Ideo quòd phlebotomiæ fiant, non faciunt ad peſtem, ſed ad apoſtema, & prodeſt: quia minuit ſanguinem & refrigerat.

Præterea pleuriſis eſt ſimilis peſti, niſi quòd ſit ex auripigmento, quòd ſe ſeparauit ab Ileido, & iacet in regionibus hepatis (iacet tanquam ouum in pellicula in teſta, ſed ad ſuperiora aſcendit) & putreſcit. Inde punctiones in lateribus & appetitus commedendi tollitur. Vnáque cauſa eſt, & peſtis & pleureſis, ſed diuerſa materia: quia arſenicus fortior, qui peſtem facit, quàm auripigmentum quod pleureſin. Et ſicut arſenicus extrinſecè corpori alligatus calorem excitat, ac nauſeam mouet comedendi: ſic & in interioribus eſt. Sic & auripigmentum cùm in regionibus hepar eſt, & hepar inuadit, fit mors: quia omnes qui moriuntur in pleureſi, ex auripigmento moriuntur. Sic ſi quis punctiones habeat in ſiniſtro latere, etiam pleureſis eſt, ſed ſplenis: & ex auripigmento eſt, quòd ſe ſeparauit ex Iliado.

Ita in ſeptem membris principalioribus, vbi peſtis, pleureſis & prunella, ex eadem cauſa eſt.

Sic prunella ex vitriola, vbi ſe ab Ileido ſeparat, aſcendit, ita ille ſpiritus vitriolatus ad collum aſcendit, & accendit illud, & tumorem conciliat.

Digeſtiuum tempus] *Sicut Marchio digeſtiuum tempus habuit. Digeſtio eſt, quòd omnis res bona maláue debeat digeri, id eſt, malum à ſe emittere, & in ſuo eſſe manere, ſicut creata eſt, & vbi vitiatur, purgat ſe, & laborat, vt redeat in ſe. Inde Aſtronomi, Hydromantici & Geomantici poſſunt ſcire & prædicere peſtem: quia terra, aqua, & reliqua elementa cùm aliquid perdunt ex eo ſtatu, quo creata fuerunt, tunc patiuntur, & nos compatimur: quia purgari debent & digeri.*

Hoc ergo obſeruabis in ſeptem membris, ſi ſpiritus Ileidus à ſe ſeparat arſenicum, peſtem facit. Cura eſt, quòd debeat reſolui, vt exitum habeat ille aer, & diaphoretica debent dari, quæ conſumunt aerem. Sed ſi teſta foris ita oppilata eſt, vt quemadmodum ſpiritus arſenicalis egredi non poteſt, ita medicina penetrare non poteſt: Cura peſtis.

ideo

ideo fortißima diaphoretica in peste vsurpanda sunt, vt penetrent, vt correctum vinum ardens est. Quia nullum vinum ardens ita subtiliter est sublimatum, vt non habeat in se aquositatem seu aquam: ideo postquam bene distillatum est, iterum per alembicũ est distillandum, sed media pars duntaxat extrahẽda, quòd altera medietas aquosa remaneat in vitro: aquositas enim craßitudinẽ facit, vt penetrare non poßit. Destillati proba hæc est: Infundatur parum in scutellam stanneam, ac incendatur: si flamma omnia absumat, vt nihil viscositatis aut pinguedinis remaneat, satis destillatum est illud vinum. Sin verò pinguedo aliqua relinquatur, iterum destillandum, ac id toties faciendum, donec nihil viscositatis remaneat. Si enim sic nõ fuerit præparatum, non potest penetrare. Vbi autem sic correctum est, statim penetrat ad membrum principale, quod laborat, siue cor sit, siue hepar, cerebrum, &c. & vbique: quia aperit poros, sudorem prouocat, & expellit materiam pestis peccantem quoq; simul. Et est optimũ cohob, &c.

Vnam & eandem medicinam bis vel ter administra, quoties morbus non vin-

citur. Et hoc cohob est, quòd medicus obseruet. Nam non semet debet medicina administrare, sed pro morbi vigore medicina administrari debet.

Pestis ob vehementiam morbi curã non admittit, nec præseruatiua multũ valent, quando pestis signum & morbus est idem. Et præseruatiua dari non possunt, nisi ea quæ deoppilant, & illa non sinunt oppilationes fieri, id est, vt originem poßit habere pestis.

Aqua prunellæ cum Tyriaca plurimum valet in peste, & in pleuresi, ideo prunellæ prunella datur. Prunũ syluestre vergens ad colorem citrinum est præcipuũ præseruatiuum, quod in se maximũ arcanum habet aqua eius destillata.

Præterea vbi fit, quòd spiritus arsenicalis accendit venas, & facit apostemata sub axilla, non est pestis: ideo si etiã apostema aperiatur, & pus effluat, sæpè homines moriuntur: ibi non est pestis, sed apostema infectũ ex materia mala. Ergo apostema est sicut aliud apostema, quod hincinde in corpore nascitur. Quando phlebotomia fit, refrigerat sanguinem quidem, sed non mutat pestem.

THEO-

THEOPHRASTVS PARACELSVS

De Peste.

PEſtis eſt ſeparatus morbus ab ileido arſenicali. Arſenicalium genera plura ſunt: nempe tria Cinericia, & iſta tria ſunt in membris principalioribus. Eſt enim peſtis morbus ſimplex, contagioſus per elementorũ coniunctionem, vt elementi aeris & alterius ex aere, per poros cruoris, vel per orificia inferna, aut ſublimia ad egreſſus. Et eſt morbus digeſti temporis. Eadem ratione digeſtio ſeparationem facit: ſeparatio autem morbum.

Separationis quidem tempus eſt, vnde tempora compoſita ſunt, & diſcompoſitionẽ habent. Diſcompoſitio procedit à primo compoſito ſecundũ tempus Arlatum. Arlatum tempus, eſt tempus ſequeſtrandi contra otdinẽ Ileidi. Nam Ileidus habet periodum.

Periodus autem eſt triplex, diuiditur in primam, videlicet, ſecundam, & tertiam ætatem. Prima iuuenilis eſt, & ad ſtatum pertinet abſq; ſeparatione,

Secunda eſt morbi,& ad ſecundam partem Mundi declinat, & ætatem affert ſanitati contrariam. Tertia finis eſt & mortem affert.

Iuxta hanc diſtinctionem, omnes Mineræ, Spirituumque ſequeſtratio,& ſani & mali initium ducunt. In his enim ætatibus Pyronomus, Hydronomus, Geonomus & Augurintus artem ſuam quærunt. Inde enim fluit illud, quod dicunt futurum eſſe. Et de his loquuntur, de quibus priſci mentionem nullam fecerunt, quæque parum intelligebant.

Modus ętatum talis eſt. Diſpoſitum eſt ſeparatio per naturam ab Ilech, inde fluit tempus reſoluendi, ſcilicet moriendi rei per rem, materiæ per materiam, naturæ per naturam, corporis per corpus, per ſpecies, per genera, per ſimilia, vnum poſt aliud, vſque in conſumptionem materiæ primæ in vltimum ens.

Cùm mortis ſeparationē incipiebat ab Iliado, ſecutus eſt morbus: nam morbus ſeparationem ſequitur. Hic eouſq;, quò totum illud minerale con-

ſumptum

ſumptum fuerit, tum & morbus conſumptus apparebit,& non amplius notus erit medicis : ſic morbi peribunt. Sic mortis genera declinant vſque in curam mortis,ſcilicet vltimum in ente conſtitutam. Ita peſtis, pleuriſis, & aliç ægritudinum cauſæ & morbi euaneſcunt.

Sed quid de temporis periodo dicendum,aduerte auditor. Ex his ſcire poſſumus, quæ ſunt Edelphi: nam ſcimus arſenicum ex Edelpho poſſe ſe ſeparare(ſerpere)in ſeptennio in vno loco: ſcimus in alio loco naturam aliam, materiam, numerumq́; Hæc omnia apud Paramira noſtra abſcondita, latent imperitis. Sicut flos qui eſt ſpecies mineræ arboris, ab arbore cadit, deinde fructus,inde folia,inde locuſtç, inde ariditas,cõſumptio & mors ſequitur in fine regenerationis : ita & Ileidi flores, ſcilicet ſpiritus minerales,peribunt, ita & morbi & morborum mortes. Sed quid de regeneratione noui Maij?nunc ignoramus.

Signa peſtis.

Ex terra, apoſtema cum peſtilentia primum ſignum eſt.

Ex aere, Tibiarum hinc inde iactitatio cernitur.

Ex aqua, Sitiunt, & potare nolunt, & ipſorum pedes intumeſcunt.

Ex igne, Indeſinenter dormiunt.

Cura peſtis.

Ex terra. Accipe rad. vngulæ caballinæ ℥ iij. Armellis ſcrup. s. Anthos vel athoſtoton ſcrup. vij. reduc in liquores. Doſis à gr. vij. ad xiiij.

Ex aqua. Cape de liquoribus Sambuci, Anthos, Cheiri, ſing. ℥ j. De liquoribus cachimiæ, Corallorum alb. ſing. ʒ ij. de liquoribus Amethiſti ʒ j. & ſcrupul. s. duc in formam potus. Doſis à ʒ j. vſque ad iij. & s.

Ex igne. Accipe de ſpeciebus Iringij, Corallorum rub. Spodij ſing. ℥ j. reduc in liquorem.

Cura in peſte ex aere eſt diaphoretica & reſolutiua, cuius eſt iſta deſcriptio: Accipe vini ardentis & correcti ℥ x. Specierum ducis, Lithontribon, Betzuar. ſing. ℥ s. Theriacæ Alexandrinæ,

næ, Mithridati selecti an. ℥ j.s. misceantur. Dosis est ℥ j. vsq; ad ℥ iij. pro natura infirmi, & iudicio præsentis boni Medici.

Annotationes capitis secundi.

IN prioribus dictum est, pestem esse arsenicalem morbum: prunellam, vitriolatum: pleuresin, ogertinum, &c. hoc est, Ileidus, qui omne elementum in se habet & spiritum mineralem, ille facit omnes morbos. Et nisi hoc esset, quòd spiritus mineralis faceret morbos, cur herbis & mineralibus vteremur, & morbos curare possemus? Quia in herbis sunt mineralia. Si humores facerent morbos, non haberemus externos humores, quibus eosdem curaremus. Ideo omnia quæ generantur ex elementis, habent in se spiritum mineralem, qui est venenum, sicut anthos, muscus, &c. Et non est tam nobilis res, quæ non in se etiam habeat venenum. Nam bonum & malum contracta sunt in omnibus rebus, quæ producunt elementa. Ideo quæ intus sunt in corpore, ægritudines sunt, quæ foris sunt, medicinæ existunt.

In Iliado sunt omnes naturę species.

Solus Iliadus facit Crisin, scilicet, quando spiritus mineralis separat se ab Iliado, tum Crisis incipit. Quare medicum obseruare oportet, quando incipiat, & cuius mineralis sit separatio, vt sciat quamdiu sit duratura. Et non est quòd Crisin ex tempore iudicemus. In Ephemero est sal acutum, & Crisis est in nono die: in istis nouem diebus Crisis aut mortem facit, aut abit in putrefactionem.

Quomodo pestis sit contagiosa.

Quòd pestis sit contagiosa, non aliter accidere potest, nisi quòd spiritus arsenicalis inclusus in testa membri principalis incipiat egredi, tunc inficit exeuntē in nobis, & sic in nos transit. Aer externus non inficit, sed iste aer qui est in patiente cùm testam rūpit, sicut tum rumpit, quando mors vincit. Et si membra inficit, vt per poros sudor egrediatur, ille sudor inficit aerē quoque, ideo & aer in nobis inficitur. Aerem verò illū, quem attrahimus & respiramus, nō est aer in nobis, sed est elementū externum: ille autē aer in nobis, qui est nostrū elementum, transit per vniuersa membra.

Quādo Pyronomi dicunt furură pestem hoc inde sciunt: quòd Ileidus in aliquo elemento externo vult se separare: quia vident

dent in igne ſeparationem alicuius mineralis ſpiritus. Nondũ enim ſumus ſeparati ab elementis, & omnia elemẽta mineralia ſunt in nobis, ſicut in omnibus herbis. Propterea quicquid terram, aquam, ignem aut aerẽ afficit, etiam hominem: quia quòd ipſa in ſe habent, etiã in corporibus noſtris ſunt, & nos vnà compatimur.

De ætatibus.

Prima ætas eſt Ileidi, quamdiu eſt incorruptus, etiamſi homo ſit ſeptuagenarius, ſi non ſit morbo correptus, in prima eſt ætate, ſed quamprimũ Ileidus inficitur, tunc ſecunda ætas exiſtit: tertia ætas eſt mortis inclinatio. In prima ætate non eſt opus medicamento, quia non eget: in tertia autem non iuuat, ſicut in ſecunda. Sic mineralia habent tres ætates, vt Cachimia, Talcha & Marcaſita, cùm ſunt integra, in prima ætate exiſtũt: quando patiuntur, in ſecunda ſunt. Inde iudiciũ capitur à Hydronomo & Pyronomo ex elementis, vt quãdo illa patiuntur, tunc dicit Hydronomus: Si arſenicalis reſolutio eſt, erit peſtis futura: ſi aluminoſi, tunc prunella abundabit. Sic de pleuriſi, &c. Ideo illi homines qui abundant in elemento aquæ, illi eo tempore pati-

Tres ſunt ætates, ſanitatis, morbi, & mortis.

entur, & pestem habebunt: cæteri homines non patientur, nisi per aerem ex alio homine inficiantur, non moriuntur: ideo in aqua sunt quoque medicamina administrãda. Sic & Geonomus ex terra, vt cæteri ex aliјs elementis. Et medicus aduertere debet, quando veniat pestis cum nausea et tremore cordis, tunc dicet elementum illud verè affici: vbi autem non sic euenit, non morietur ex peste, sed per se curabitur.

Morbus ex Iliado curabilis, sed non ex ente. Duplex est mors, ab Iliado & ente veniens: cùm ex Iliado, pugnamus, contrà ex ente nihil poßumus. Arsenicum in prima ætate non fuit separatum ab Ileido, ideo à principio non fuit pestis existens: postea

Pestis. arsenicum separatum est, & cœpit pestis, & adhuc durat, ideo adhuc est in secunda ætate. Et tandem etiam se separabit, & arsenicum prius resoluetur in Ileido, & putrefiet, & tunc erit vltima ætas. Nam per se arsenicum tandem cessabit, sic quoque pestis: & quantò plus fuerit pestis in aliquo loco, tantò citius quoque cessabit.

Multæ ægritudines fuerunt apud Hippocratem, quæ cessarunt hodie. Sic & pleurisis tardè incœpit: nam quòd illi olim vocarunt pleuresin, non est illa quam nunc

Pleurisis. ha-

habemus, ſed veterum pleureſis peripneumonia erat, & non noſtra. Sed inde ex ſale pleureſis venit, poſtquã illud ſal ſe prorſus ab Iliado ſeparauerit, veniet ad tertiã ætatem, id eſt, tranſibit ad corruptionem & ceſſabit.

Sic prunella non diu durauit: incœpit enim, dum ſal ſuum ſe ſeparauit à ſuo Iliado. Fuit antea in prima ætate, nunc eſt in ſecunda: & ſic diu durabit vſq; ad tertiam ætatem. Vix enim ſeptuaginta annos fuit prunella, & prorſus nouus eſt morbus. Prunella.

Si morbus Gallicus incœpit, cùm ſal carioſum ſe ſeparauerat ab Ileido, & non diu fuit hic morbus, eſt iam in ſecunda ætate, & non ceſſabit, donec reſoluetur & ad tertiam ætatem venerit. Sic Ileidus efficit omnes ægritudines, quandocunque aliquid ſeparat ſe ab illo: & quando ſic rurſus reſolutum eſt, putreſcit, & tum totaliter ceſſat, &c. Morbus Gallicus.

Paralyſis, apoplexia, &c. non ſunt ex Ileido, ſed veniunt ex elementato, ex reſolutione liquoris naturæ, id eſt, Balſami. Omnes cæteri morbi ex Ileide veniunt, præter eos, qui ex gutta cum ſuis ſpeciebus. Quia Iliapus & elementa differunt.

Edelph9 quid?

Edelphus dicitur, qui prognosticat iuxta naturã elementi, sicut Pyronomus, qui ex elemento ignis, id est, ex carbonibus cœli prognosticat. Nam dici debent Astronomi, qui nihil ex astris prædicere possunt: ignorant enim suũ nomen.

Arboris mineraliũ

Arbor quæ crescit, expellit à se omnia mineralia quotãnis, vt cũ flores reÿcit, est mercurius: postea locustas abÿcit, & est sulphur: postremò fructus, & est sal. Ita Iliadum totũ quotannis abÿcit: sed iterum reuertitur, hoc in aliÿs nõ fit. Nam omnes morbi qui in Ileido transeunt ac euanescunt, non redeũt, sed mors adest vltimò.

Cura in peste.

Si est pestis ex elemẽto aquæ, aeris, ignis & terræ, id est, si horũ vnum patitur, ex isto elemento medicina accipi debet.

Medicamen in peste ex elemento aquæ: R. de liquorib. Sambuci, id est, floris Cheiri, Anthere an. ʒ j de liq. Cachimiæ, Corallorũ alb. sing. ʒ ÿ. liq. ex amethoysto ʒ j. et ℈ j. reduc ad potũ. Dosis à ʒ j. vsq. ad ʒ . et s. Vbi aqua patitur, vel pestis ex elemẽto aquæ est, tũ non debet vsurpari vinũ ardens. In tertia specie pestis, id est, ex terra. R. vngulæ caballinæ, id est, Nenupharis ℥ iÿ. Armellis scrup. s. Anthos vel antosten ʒ vÿ. reduc in liquo

rem. Dosis à gr. vij. vsq; ad xiiij. In quarta specie, scil. ignis. R. de speciebus Iringij (est radix parua, & solũ in hyeme nascitur, longitudine vix excedit articulũ digiti) Corallorũ rub. Spodij, sing. ℥ j. reduc ad liquorem. Dosis, &c. Signa pestis terræ, id est, ex elemento terræ. Apostema cum pestilentia, est terræ primũ signum, hoc est, si arsenicalis spiritus in elemento terræ se resoluit, etiam in homine resoluitur ab Ileido, ideo ex terea vtere medicaminibus. Apostema est ex terra, scil. quãdo apostemata tanquã pustulæ nascuntur. Quando aũt crura nõ possunt vno loco retineri: sed vltrò citroq; mouentur, tum signũ est ex elemẽto aeris. Quando verò cõtinuè dormiũt, ex igne est. Ex aqua est, quando quis in pestilẽtia sitit, sed non vult bibere, & pedes tument, tunc ex aqua est. Secundum illa signa pro ratione elementorum debent medicamina administrari, cuiq; elemento suum. Iringius quid. Signa.

CAP. III. De pleuresi.

PLeuresis est morbus inclusus in membris principalibus locum habet in regionib. illorum ex oppilatione tartarea sine resolutione, vel per re-

solutonem. Et est passio aerea de corpore reducta in corpus, ex sale ogertino, ex speciebus pestis & prunellæ.

Signa.

Pleuresis nũ habet aroxysmũ. i redierit, st febris pecies.

Tremor corporis cum frigido & calido sine multitudine seu pluralitate: faciei discoloratio, membrorũ debilitas & inquietudo, calor cũ morbo perdurans, punctura capitis & laterũ, præcordiorũ & sub thorace. Et vbi passio vel dolor, ibi regio morbi. Si nulla punctio sentitur nullibi, & tamen reliqua habet signa, erit pleuresis in capite.

Dieta non est obseruanda, sed potius medicamina, & modus vbique.

Cura.

Duplex est cura eius ex tartaro & zileto.

PRIMA CVRA.

Diatartari descriptio.

Accipe tartari albi lib.j. aquarum vitæ ex vino rub. optimo & aquæ melissæ destillatarum lib.s. baccarum iuniperi, florum gamandreæ, cichoreæ an. ℥iij. Reduc in aquam. Dosis est ʒj. ad ℥s. in vino maluatico, vel aqua prunel-

læ. fiat per cohob. Si sudorem non prouocarit, &c. repetatur diebus singulis.

Alia descriptio Diamumiæ.

R. Aquæ prædictæ lib. j. mumiæ claræ & selectæ ℥ iiij. aquarũ prasij & menthæ an. ℥ s. Fiat mixtura. Dosis ab ℥ s. vsq; ad integram, manè & serò secundum cohob morbi.

Descriptio Zileti.

R. Diamumiæ ℥ vj. salium gemmæ, colcothar, aluminis scissi, sing. ℥ s. aquarũ melissæ, absinthij vtriusq; ʒ iij. Commisceantur. Dosis sunt grana vij. ad xiiij. vsque.

Alia Zileti descriptio.

Accipe trium saliũ ℥ j. tartari vtriusq; an. ℥ s. mumiæ electæ ʒ j. aquæ melissæ, cõseruæ buglossæ, vtriusq; q. s. erit pro incorporatione. Destilla per alembicũ. Dosis à scrup. vsq; ad iiij.

In cura Pleuresis in cerebri regione hæc est descriptio.

Cape Laudani puri, id est, liquoris separati scrup. j. olei de musco gr. iij. camphoræ gran. vj. Fiant pilulæ cum aqua de spicula. Dosis à gr. vj. vsque ad vij. vel ix. secundum cohob.

Cura specialis in pleuresi, quæ extrinsecè valet, fit per vnguentū de murmentis, cuius compositio talis est.

Accipe pinguedinis murmentorum ℥ iiij. olei laterini ʒ. amygdalarum dul. Laurini sing. ʒ iij. Fiat vnguentū molle s.a. cum modico ceræ. Quod administretur loco dolenti, & secundū cohob non cessa vngere, donec punctiones desistant.

Explicationes capitis tertij.

ET, vt pestē facit sal arsenicale separatum ab Iliado: sic sal ogertinū ab Ileido resolutum pleuresin facit in membris principalioribus. Et eadē cura est pleuresis epatis, splenis, cordis, pulmonis, vel aliorū: solū cura pleuresis in capite singularis est, & ab his differt. Veteres dixerunt, pleuresin esse apostema pulmonis, sed non est verū: quia sine periculo maturari non posset. Quia quando in pus transit, si apostema est in epate, ad mortē est, sic in corde, splene: quia pus illud accendit, ac vehemēter inuadit. Sed pleurisis est, quod ogertinū sal separauit ab Ileido, & c. tartari sal. Et si in regionibus epatis est, est pleuresis epatis: si in sple-

ne,

ne, pleuresis splenis. Sed pleuresis in cerebro propriam curam habet, & vehemẽs immediatè efficit fugile, quod & fugilatiuũ dicitur.

Signa.

Si horror frigidus inuadit cũ calore & cõcussione membrorũ, scilicet, cũ frigiditas primùm est, et pòst paroxysmũ calor, qui durat, signum pleuresis. Ideo, quãdo dicunt ægroti, inuasit me morbus rigore, iam verò aduror: pleuresis est, si tantũ semel corpus quassat. Nam si bis vel sæpius concutit, febris est, nõ pleuresis. Faciei decoloratio quia si quis pallet, facit rubeũ: si rubet, pallidum, semper per contrarium. Calor finalis, qui perpetuò durat vsq; ad mortẽ, vel vsq; curetur. Et si calor ad caput ascendit, & sentitur in capite, pleuresis est, & puncturæ sentiuntur in fronte, & reliquis partib. capitis: et tunc signũ, quòd calor finalis ascendit ad latus, & efficit punctiones in latere. Et in quo latere pungit, ibi morbus: si in præcordijs, tunc est in pulmone: si in coxendice et pudendis, est in renibus: si in sinistro latere, tunc in splene: si circa vmbilicum, tunc in corde: si in dextro latere, tunc in epatis regione. Hæc præcedentia signa omnibus membris principaliorib. communia

ſunt. Sed quando infrà non ſentiuntur, ſed ſolū in capite, tunc eſt pleureſis capitis.

De dieta non eſt vt ſimus ſolliciti, edant vel bibant quicquid libet: abundantia verò nocet, tempeſtiuitas eſt obſeruanda. Sic de cibo nihil attinet quicquid edent: quia omnia in ſtomacho manent, nihil tranſit membra principaliora. Nam in morbis peracutis cibus ſolummodo in ſtomacho manet, nihil tranſit ad membra principaliora: quia iam ſtomachus caret vi expulſiua, & hepar ac reliqua membra vi attractiua.

Cura.

Aqua vitæ ex vino optimo rubeo deſtilletur aut vinum ardens, poſtea aquæ meliſſæ accipe ad æquales partes, & ſimul rurſus deſtillentur, & fiat aqua vitæ, de qua hîc loquimur. Ideo ſi pleureſis adeſt, tunc eadem cura (ſi ſolùm non eſt in capite) & per cohob adminiſtranda eſt medicina. Sed obſeruandum, an morbus alteretur, & quomodo alteretur. Sed hìc nihil clyſteres aut purgationes proſunt.

Laudanum purum non eſt, à quo cortices & putamina vel ſquamæ ablata ſunt: ſed quando purum ab impuro ſeparatum eſt,

est, scilicet, quòd in liquorem transeat. Sic de thure, mastice & mumia intellige, scilicet purum ab impuro separandum.

CAPVT IIII.

De Prunella.

PRunella est passio principalis, cum paroxysmo proprio existens in caloribus, ducens originem ex salibus vitriolatis, contra regionē propriam, & cōtra testam speciei, vna de speciebus pleuresis & pestis, cum caloribus vitriolatis.

Signa.

Accedit tanquā pleuresis (quamuis signa vera sint in fine morbi, sed non in principio) calor gutturis cum rubedine. Deinde calor persicus cū cœruleo colore mixto nigredini, & calor prunus cum apostematibus vsq; ad extremitatē linguæ cum humorib. adustis. Schwartz blawfarb

Cura.

Prunellæ curam auspicare sicut pestis: qua si nihil proficias, vtere hoc gargarismo.

Compositum Diaprunellæ.

Accipe aquarum prunellæ lib. j.
Laudani puri ℥. s.

Misc. fiat haustus secundum cohob, & gargarismus cū mundificatione linguæ, & est vltimū medicamen in prunella. Vnd jeder stund j. ij. getruncke. Post aliquoties reibs mit wöllen pletzlin in essig tunckee.

Explicationes capitis quarti.

Prunella. *Signa eius sunt: Primò in faucibus & lingua euenit: postea niger color: tertiò apparent carbones inhærere linguæ, & nascūtur pustulæ in lingua, & duo vel tres colores sunt. Vera ista sunt prunellæ signa. Reliqua signa sunt, vt in pleuresi & peste.* Cura *est sicut in peste. Sed si illa iuuare non possent, sequitur compositum, vt est in textu. Lingua abstergatur ac fricetur panno coccineo, vel aliquo lineo, et fiant frequentes gargarismi, alternatim, iam illa in potu, iam in gargarismo. Et postea iterum lingua purgetur fricando. Oportet bene purgare linguā fricando, alioquin lingua moritur: ideo fricare linguam, donec sanguinis etiam exeat, nihil nocet.*

FINIS.